in perpetuos Polonos Nobles creauimus et creximus Vigore Constitutionis publicæ
in Comitijs præsen Gnalibus sanitæ. Ita ut recensiti Generosi Georgius et Andreas
Pipanowie eorumq legitimi Descendentes se eanunc et perpetuis deinceps tempo=
ribus Regni Nri Nobles scribere nominare et ab omnibus nominari ac reputari
debeant omnibusq ac singulis honoribus dignitatibus prærogatiuis gratijs ac
Iuribus, quibus cæteri in Polonia nati Nobles gaudent utentur et fruentur,
Stemmaq et insigne uetus Vmieccijorum familiæ tanquam maternum proprium
prout in hoc Diplomate expressum est approbamus et inter stemmata ac insi=
gnia Nobilitatis Polonæ Authoritate Nra Regia collocamus. In cuius fidem
certitudinem et euidentius testimonium præsens Diploma Manu Nrâ subscrip=
Sigillo Aulis Regni communiri mandauimus. Datum Varsauiæ in Comitijs Regni
Gnalibus. Die Trigesima Mensis Aprilis Anno restauratæ humanæ salutis, Ao
Dñi Millmo Sexcentmo Sexagesimo Secundo. Regnorum Nrorũ Poloniæ Decimo
quarto Sueciæ uero Decimo Quinto Ao. Præsentibus Rndmo, Rndis, Illmo, Illibs,
Magcis, Venerabilibus, Gnosis Noblibus, Venceslao Comite de Leszno Archiepiscopo
Gnesnen Legato Nato Regni Poloniæ Primate Primoq Principe. Joanne Tarnowski
Archiepiscopo Leopolien, Andrea Trzebicki Cracovien Duce Seueriæ, Floriano Lasi=
mirio Duce Czartoryjen Vladislavien et Pomeraniæ, Joanne Gembicki Plocen, Alberto
Tholibowski Pomanien Stephano Wydzga Warmien et Sambien, Nicolao in Pra=
zmow Prazmowski Luccorien Supremo Regni Cancellario, Andrea Olszowski Culmen
et Pomesaniæ Thoma Lezynski Chelmen Thoma Vejski Kiovien Episcopis, Sta=
nislao Warszycki Castellano Cracovien, Stanislao à Potok Potocki Cracovien Supremo Exer=
citũ Regni Gnli, Paulo Joanne Sapiecha Wilnen Exercituũ M:D:Lithuaniæ
Gnali Andrea Grudzinski Pomanien Joanne Tarlo Lublinen Hieronimo Wer=
bowski Bresten Cuiavien, . . Jac Procen Demetrio Georgio Korybuth
Duce in Zbaraz Wisniovecen Belzen, Joanne Carolo Kopec Polocen Palatinis
Stanislao à Popow Witowski Sandomirien, Joanne à Lieskowa Skala Wojnicen
Alexandro Sielski Gnesnen, Andrea Przyjemski Culmen Castellanis. Geor=
gio Comite in Wisnicz et Jaroslao Lubomirski Supremo Marschalco et Cam=
pi ductore Regni Christophoro Pac M. D. Lithuaniæ Cancellario, Joanne Comite
de Lesno Regni, Alexandro Maruszowic M:D:Lithuaniæ Procancellarijs. Sta=

nislao

nislao Krasiński Thesaurario Regni, Luca de Brin Opalinski Curiæ Regni Mar=
schalco. Alberto de Pilca Korytański Præposito Gnaß Miechouien, Secretario Re=
gni Maiore, Stephano Wierzbowski Regni, Stanislao Niewiarowski M:D:L: Spiri=
tualibus, Andrea Morsztyn Regni Sæculari Referendarijs, Theodoro Donhoff Suc=
camerario Regni Joanne Wielopolski Biecen Bochnen Capreo, Nuntiorum Ter=
restrium Marschalco, Euaristo Belzecki, Capreo Wissogrodien Camera Nræ Nro,
Stanislao Lubomirski Scepusien Capreo, Andrea Miaskowski Abbæ Zremesnen
Administratore Spirituali, Joanne Gnieński, Succamerario Pomeraniæ Sæculari Can=
cellariis Regni Regentibus aliisq; plurimis Nblibus et Incolis Regni et M.D.Lit.
ad præsentem Conuentum Regni Gnalem Varsauiæ congregatis. Joannes Casi=
mirus Rex. Locus Sigilli Mtis pensilis, Andreas Morsztyn Referenda=
rius Regni mpp.

Actum Varsauiæ Fer: 3tiâ post Dnicam Roga=tionum prxa die 16 Maij An Dñi 1662. Relatis eiusd Oblata Priuilegii super An et Culaga Ci=uitati Elbingensi

Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ &c.
Prussiæ &c. Significamus præsen Ris Nris &. Æquissimam afflictæ Ciuita=
tis Nræ Elbingen fortunæ rationem habentes, simulq; cupien quatenus post tot disci=
mina rerum et temporum pristino restitui possit Vigori, facile in eam Nos adduci testifica=
tionem Regiæ Liberalitatis consentiendum duximus prout quidem consentimus per præ=
sentes vt Contributio An et Culagæ dicta in eadem Ciuitate Nrâ Elbingen currat per=
petuo et irreuocabiliter. Eam abhinc dantes, largien concedenq; Sphli Magistratui et
toti Ciuitati Elbingen potestatem, eandem Contributionem ab omnibus Cuiusuis sta=
tus et conditionis hominibus et Mercatoribus, prout hactenus obseruatum fuit e=
xigen et repetendam. Ita tamen ut exinde medietas pro Nobis in Thesaurum Nrm
cedat altera vero medietas in rem et Necessitates quasuis dictæ Ciuitatis
Elbingen omnino conuertatur. Quam An et Culaga dictam Contributionem cui=
ca Collectorem Nrum Ciuitatis etiam Collectores exigere, Regestra Vero et redi=tus
omnes inde venien conscribere et fideli connotare eorum autem omnium rationem
quolibet Ao. scilicet pro Festo S. Martini Episcopi aut aliquo alio opportuniori tempore
Coram Commissario Nro à Nobis ad id constituto et assignato reddere. tenebuntur

et emnit

et erunt adstricti. Quo Vero prämissa commodius fieri, Contributiog prämemorata quam Ordinatissime et sine cuiusquam iniuria exigi et repeti possit, eiusmodi Ordine tam Commissarig Nr quàm et Magistratg Elbingen diligentissimè attendant committimus iniungimusq. Promittèn pro Nobis et Sermis Succonibus Nris Regibg Poloniæ, Non esse Nos unquam Ordinationi huic Nræ contraniaturos, neq contraniri aut permissuros, sed prætatam Ciuitatem Nram Elbingen in Vsu et perceptione libera et quieta An et Culaga inuiolabilr et in perpetuum conseruaturos. Quod et ad Noticiã oiũ quorũ interest præsertim uerõ dicti Ciuitatis Nræ Elbingen Magistratus nunc et pro tempore exntis deducen mandamg ut eam Contributionem An et Culaga à Nobis benigniter sibi concessam ab oibus cuiusuis Status et conditionis hominibus et Mercatoribus iuxta usum recipi et exigi faciant. Ipsi uerò quatenus eandem sine ãi difficultate et contradictione soluant et numerent, idq sub onere pænarũ ex omisso uel commisso in Portu succubitarũ per medium Fisco Nro et totidem Ciuitati applicandarum curabunt. Authoritate Nra Regia ad præmissa mediañ. In quorum fidem præsen Manu Nra subscras Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die Decima Quinta Mensis Maij. Ao Dñi Millmo Sexcentmo Sexagesimo Secundo. Regnor Nrorum Poloniæ Decimo Tertio Sueciæ uero Decimo quarto Ao. Joannes Casimirus RRX. Locus Sigilli Maioris Cancellarius Regni. Joannes Ignatig Bakowski Succameranius Culmen MPP

Diploma super sigillationem Pannor Ciuitati Elbingen seruiens oblatum.

Ex. In Nomine Dni Amen Ad perpetuam eius rei quæ sequitur memoñam. Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &c. Notum testatumq facimus ad quos præsens Diploma Nrum deuenerit huius et futuri sæculi hominibus Vniuersis et singulis. Ciuitates et Vrbes Imperiorum Regnorum et quarumuis Rerum pubcarum fulcra et Ornamenta esse neminem diffiteri aut negare posse arbitramur, Ex illis enim tanquam ex penu quodam omnia ad conseruandam publicam integritatem promanant ex illis Pacis commoda et emolumenta tanquam ex fonte quodam Vberrimo in omnes et singulos deriuantur ex illis Neruis illæ belli pecuniæ prouenit et ad omnes Necessitates magno cum Publici boni commodo suppeditatur. Quod Nræ Maiores Et Prædecessores Nri Videntes inter alia beneficia Ciuitati Elbingensi, superioribus collata Annis Anglicanæ Societati liberam facultatem Negotiationum exercendarũ figendarũq in eadem Ciuitate Sedis clementissimè indulserunt. Quæ quidem cum ex lege publica abrogata sit,

loco eius

loco eius alio genere Beneficentiam Nrâm erga eandem Ciuitatem contestantes
faciendum duximus ut Ciuitas Nrâ Elbingen cum suo Territorio post tot aduersa
et incommoda sustenta Nrô et Reipub: Patrocinio possit reuirescere, ad quod
oportune et feliciter obtinen' nullum efficatiorem modum et salubenius remediu'
adhibitis etiam Consilianorum Nrorum' ad latus Nrum' iuxta prascriptum Iuris
residentium Consilijs et suffragijs ee duximus, quam ut Sigillatio Pannoru'
exoticorum per quascung Personas et cuiuscung nationis inuectorum uel ibidem
Elbingæ depositorum in eadem Ciuitate Nrâ ei conferatur. Iraq Constitutioni in Comitijs Regni Gnalibus. Ao. Millmo Sexcentmo Quadragesimo
Septimo Sancitæ ut par est inhærendo, prænominatam Pannorum omnis generis
et speciei sigillationem prærecensitæ Ciuitati Nrâ Elbingen' totaliter et integre
conferimus et circa eiusdem Vsum Nrô et Srnmorum Successorum Nrorum' Regum
Poloniæ nomine conseruamus. Ita omnino habere uolen', ut ea Elbingæ moribg
consuetis habeatur, retineatur et inuiolabiliter libere et absq impedimento ibidem
conseruetur præsertim cum Legibus publicis Anno Dni Millmo Sexcentmo Tri-
gesimo Octauo Ao. Millmo Sexcentmo Quadragmo Primo sancitis omnes abusus circa Sigillationem Pannorum contra antiquam consuetudinem cum aliorum iniuria
obtenti sublati sunt, quod insuper et Priuilegia Srnmi olim Vladislai Quarti
Regis Poloniæ Fratris Nri charissimi edita abunde testantur. Præterea Vniuersis et singulis Ciuibus et Subditis Nris districte præcipien' mandamus quatenus prænominatam Sigillationem Pannorum sub signo Ciuitatis Nræ Elbingensis
emanatura in omnibus Locis Ciuitatibus Oppidis Nundinis Mercatibus et Foris
pro legitima recipiant teneant et ab omnibg recipi et teneri curent, idq sub pœnis
contra Violatores Regnorum publicarum et Rescriptorum Nrorum sancitis et alijs arbitrio
Nrô irrogandis. In Cuius rei fidem certitudinem et euidentiam præsens Diploma Nrum
nu Nrâ subscripsimus et Sigillo Regni Maiori communiri mandauimus. Datum
Varsauiæ sub tempus Comitiorum Regni Vigesima Tertia Mensis Aprilis. Ao Dni
Millmo Sexcentmo Sexagmo Secundo. Regnor' Nrorum Poloniæ Decimo Quarto Sueciæ vero Decimo Quinto Ao. Ioannes Casimirus REX. Locus. Sigilli Maioris
Cancellariæ Regni persilis in pixide expressi. Ioannes Ignatius Bąkowski Succameranius Culmensis mpp.

Oblata Confirmationis.

Oblata Confirmationis Priuilegij Institu-
toribus Gedanen' seruien'

Ex. Joannes Casimirus Dei grâ Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie &c. Significamus p̃sen̄tibus Nris &c. Quod cum exhibita Nobis essent à Contubernio Institorū Ciuitatis Nrę Gedanen̄ Litterę à Diuo Prędecessore Fratre Nro Desideratissimo Vladislao Quarto liberalr et authentice, sineq omni nota suspicionis yjsdem Institoribus concessę et editę infrascriptas in se continentes facultates, quatenus omnes yjdem Contubernales Ciues et Incolę Gedanen̄ prędicto Institorum Contubernio nomina sua dantes oēs et singulas cuiuscunq generis et speciei merces siue perse, siue per alios Artifices vel Opifices quocunq locorum siue Domi forisq intra vel extra Regnum confectas et elaboratas siue aliunde Terra marq Gedanū peruenientes, vltra quarumcunq Personarum prędispositionem, remissionem et taxationem mercium seu aliam quamcunq molestationem et Vexationem Venum libere quouis tempore de Ao in Annum singulis exponant diebus, easq et in alijs Regni Dnorumq Nrorum locis, sub tempus p̃sertim Comitiorū Inbunalium Nundinarum, pari muniti et condecorati libertate diuendant, prout ista fusius in Tenore earund Literarum qui seguitur talis recensentur. Vladislaus Quartus Dei grâ Rex Polonię &c. Significamus Exponi Nobis esse à certis Consiliarijs Nris nomine Contuberny Institorum Ciuitatis Nrę Gedanen̄, quatn̄s Pelliones tam in dicta Ciuitate Gedanen̄, quam in alijs Vicinionibus Ciuitatibq et Oppidis Terrarū Prussię et Regni Poloniæ aliorumq locorū potestati Nrę subiectorum, Ius et facultatem sibi Vsurpare non Vereantur, ipsorum merces ad Nundinas publicas aduectas anteguam eas Venum exponerent, reuidendi easq inspicien̄ et taxandi, atq eos in conficien̄ et elaborandis operibus mercibusq Varij generis cōemendis et distrahendis prępediendi. Supplicatumq Nobis est vt eisdem hac in parte consuleremus et circa libertates et Consuetudines eorum, quibus ab antiquo gaudebant ipsos conseruaremq, ab eiusmodi impetitione dictorum Pellionum speciali Nro Rescro muniremus. Proinde Nos talem inspectionem et censuram dictos Pelliones nullo Iuris vel Priuilegij beneficio sibi attributo Vsurpare, labemq Institoribus prędictis dum et sinistra suspitione falsitatis cuiusdam eos arguunt, mercesq eorū et Nomen in dubium trahunt aspergere animaduerten̄ statuimus et ordinamq per p̃sentes ut prędicti Institores ab huiusmodi inspectione et taxatione ex quacunq materia siue perse siue per alios artifices vel opifices siue Dantisci siue alibi locorum elaboratis, et Vel Terra Vel mari Dantiscum aut Vicinq

tiscum aut ubicunq; locorum aduectas ad ornatumq; et munditiem tam Virginum et mulierum, quam Iuuenum et Virorum spectantes et quasuis alias quocunq; nomine vocitatas tam Sericas quam Holosericas merces tum et aromata omnis generis uti et merces pelliceas quascunq; crudas uel elaboratas ac eas omnes in quantum diuendendarum Vsu ab immemorabili tempore fuerint libere et pubce Dantisci quotidie de Anno in Annum, in alys Vero Ciuitatibus et Oppidis Regni Nri Poloniæ Terrarumq; Prussiæ Nundinarum tempore exponen̄ et suis per Vnas suis per pondus Summarie aut particulariter diuendendi et distrahendi. Volumus preterea et Ordinamus presentibus ut dicti Institores Gedanen̄ quos Hut: Kramer uel ut Vulgus eos nominat. Hut Stawirer vocat citra libertatem confitiendorum et elaborandorum pileorum pro feminis et masculis ex quacunq; materia et panno serico Axamitho conseruentur post uero etiam ydem pilei per dictos Institores elaborati pellibus cuiuscunq; sint generis subduci curent, et postmodum nec per circumforaneos nec per Bellliones nec per alium quempiam sed per solos Institores diuendantur et distrahantur. Quod si alicuius quicunq; is fuerit reperiatur qui in prædictum præfatorum Institorum et libertatis presentis pileos tales conficere ac diuendere aut molestiam aliquam vexationem emissorum ipsis creare presumpserit is ad Magistratum cuiuscunq; loci delatus pro specie delicti puniatur. Quod ad omnium Regni Nri Locorumq; quorumuis ditionis Nræ Magistratuum notitiam deducen̄ mandamus ut prænominatos Institores circa easdem libertates integre obseruent et manuteneant conseruariq; et manuteneri curent, pro Gratia Nra. In quorum fidem presentes manu Nra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus - Datum Elbingæ Die Decima Quarta Mensis Februarij Anno Dni Millmo Sexcentmo Trigesimo Sexto. Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ Quarto Ao. Vladislaus REX. Joannes Gembicki S:R:Mtis Secretarius. Locus Sigilli. Cumq; Nobis à prædictis Institorum Contubernalibus supplicatum esset, ut præinsertas Ras Authoritate Nra Regia approbare et confirmare dignaremur, facile eo acclinari sumus ut eorundem supplicationi ceu iustæ petitioni, et bono publico semper utili et commodo futuræ annueremus concederemusq; ut quando-quidem Ciuitati illi eiusq; Incolis Varijs florerent commercijs expedit de quibus cum plurimis Nationibus eis et transmare dissitis, mutuas habere consueuerunt negotiationes, (quali communicatione rerum firmantur plerumq; et amplificantur Ciuitatum commoda) etiam diuersas merces tum ex alienis tum ex Nris oris partim Vitæ subsidio et ornatui partim Vsui Vnicuiq; et publicæ commoditati deseruientes, omnes et singuli assumant, et venum quouis loco

et tempore

et tempore exporant, mercimoniaq; vniuersa nullis penitus exceptis exerceat. Illos vero præcipue Iunium eiusmodi et prærogatiuarum compotes esse volumus, qui Contuberny istius Consortio nomina sua dederint et eidem sese adscriptos authentice (vbi opus fuerit) demonstrauerint, prout Speciali attestatione Ciuitatis illius sub Sigillo eiusdem Ferromentarij Mercatores tum armatum (alterâ vsui Oeconomico seruientia ferrea instrumenta diuendentes panibus se gaudere immunitatibus, quibus et alij Contubernales Institorum vtuntur luculenter deduxerint Nobis. Ad quas præfati Institorum Contuberny libertates pertinere debere declaramus et omnes illos Vulgò Seÿden Gewurtz Hutt Cysen Kramer vocitatos religuosq; qui tum ex Serico tum ex Panno tum ex lana materias seu operas Conficiunt, aut quicunq; serici aromata, Ferrum æs exÿsdem confectas merces, Culbros seras Forfices et omnis generis ferramenta cuprum tum pileos et linteamenta Fimbreasq; quasdus vulgò Knÿpehen Leinwant Kramer, et quì Gallicas Anglicas Hollandicas res necnon omnia alia ac singula quorumq; nomine nuncupent mercimonia tàm intra Regnum quàm extra conficiâ solita tractat et venundant. Quorum omnium et singulorum præfatæ libertates ut eò magis firmentur, et à quibusuis quorum interest obseruentq; negÿdem Institores præfati vllis grauentur impetitionibus Opificum aut aliarum quarumcunq; Personarum; Proinde easdem præmissertas Iras in omnibus earum Punctis, Clausulis, articulis conditionibus et ligamentis confirmandas interim approbandas et ratificandas esse duximus, vti quidem præsentibus hisce approbamus, confirmamus, et ratificamus perpetuoq; ac inuiolabilis firmitatis robur obtinere declaramus et debita obseruantia haberi omnino volumus, in quantum tamen Iuris ratio permittit et vsus horum Ciuium obtinuit. In Cuius rei fidem præsentes manu Nrâ subscras Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die Decimâ Sexta Mensis Maÿ Anno Dñi Millmo Sexcentmo Sexagesimo Secundo. Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ Decimo Quarto Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Appensi Maiori Cancellariæ Regni.

Oblata Indigenatus Regni Poloniæ Generoso Petro Dzianotti

In Nomine

In Nomine Dni Amen Ad Perpetuam rei memoriam. Ioannes Casimirus Dei grâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Mazouiæ Samogitiæ Liuoniæ Smolenscie Czerniechouiæq; &c. Significamus præsentibus &. & Peramplum Virtuti spatium Natura fortunaq; indulsit quam late ac longe plenus sese Orbis porrigit, tam Vaste Vis animi tenditur et procurrit. Vltra terrarum Vndarumq; quinimo meritas recti auidus ingenuam mentem impetus rapit: nec communibus Vniuersitatem rerum et motorum actorumq; capacitatem terminis patitur definiri. Hinc ardoris dolis honesta meditantis Patriam plerumq; fastidit, ac in exteras Regiones studium transferre satagit et conatum. Nihil remotum auiumq; aut inuium, uel in accessum ad ardua et decora anhelantibus videtur: peregrinis æquas atq; domesticis inhiare non insolens occasionibus, si spes famam velut in generosam famem offam obtrudat. Quo quidem æquius est maioribus illos fauoribus cumulare, qui gentilitijs Penatibus relictis, in longinquas digressi Prouincias diutius ac impensius egregijs facinoribus incubuêre. Dedignatur angustias quis quis immensa fundorum et æquorum mundi Limitibus ambiri audit, nec solum esse quo Nascitur solum laudis fertile recognoscit. Tam acutis agitati stimulis Inclyti Petri Dzianott Maiores auitis arctari et teneri Prouincijs dedignabantur: alias satius sedes quærere quas fata, quas et facta paramisent in gloria reponebant parte. Vel Vnus (nam omnes recensere quid attinet. Iacobus Dzianott Petri recens memorati genitor, speramen alionum instar cæterorum esto. Rhæticis ille Vallis Tridentinæ ditionibus, ad Rheni Caput ortus, prænobilem ac peruetustam Castellorum familiam et sanguinem in se defusum hausit, Petrum de Castallatij et Annam Mafelli Progenitores sortitus, Vbi primum autem liberis artibus et moribus honestis instructi magnanimitas erigi, ac meminisse sui cœpit, mox hæreditarios nauseare Lares, sæpositaq; montibus et populis Dominia, à Penetralibus petere sibi propositu fuit. Multis inde decoratus encomijs quibus cum Respub: contributis abiturientem prosecuta est, publicoq; Natalium testimonio, atq; elogio Virtutum accepto Poloniam, nouo supra Decimum ætatis Anno accessit. Decem Olimpiades dein (plurimis Lustratis Regionibus) hoc in Regno ad usq; supremà Vitæ demoratus, dotes eximias Septentrioni protulit, gestisq; inclytis pulchrum procudit Nomen, celeberrimam Diui Sigismundi Tertij Regis desideratissimi Parentis Nri Moschouiticam expeditionem commitatus Milesq; ad Smolenscum eiusdem Vrbis et Arcis expugnationi non leue attulit monumentum, Moscuamq; Metropolim cum Victricibus Aquilis Poloniæ inuisit. Exhinc inhæsit Aulæ firmius Regiisq; obse-

quijs

quiis curas deuouit, Vnde sociam quoq; toñ Veronicam à Lettardiñ
Petardouiam, antiquissimæ ac Nobilissimæ ñ Stÿnâ Prosapiæ Virginem
ac Serñmæ et cañssimæ Feritricis Nrîæ Constantiæ Reginæ familiarem
intimamq; Cubiculi Magistram et Prôfectam Gÿnæcei bono Principum nu:
tu sibi adlegit. Secutus fauore Matrimonium Diuus Ferdinandus Fer:
tius Romanorum Imperator, postquam gentilitio stemmati atq; insignibꝰ
ab Originum Aquilas, easq; nigras bicipites et coronatas, Imperialiq; Vrÿ
decora beneuolus apposuit. Indigenam eius ipsius imperÿ propnàrumq;
Prouinciarum uoluit esse, ac in militum ut uocant Torneanionum et Fami:
lianium insuper numerum speciali, nec non fauoñs pleno diplomate coopta:
uit. Publicum ad hæc æranium Regni Jacobus ĩdem ille Dzianott sæpe iuuit
uel auxit Ciuitati Nrâ Varsauiẽñ ut in aliquot denas assurgeret, Lapideas do:
mos auctor fautorq; fuit tenores simul et solidos in animis oiuñ meruit affectus, nec
uulgaribus sese duntaxat petitonibus sed Procerum præterea Principumq; ac Regum
gratijs insinuauit, negꝫ degenerem Filium nactus Petrum de Castellatÿ Dzianott
sedulum potius gnauumq; qui parta à Maiorĩbus haud incubaret famæ sed impressis
ad posteritatem vestigÿs insisteret, Sanguinis una retinens ac Virtutis ĩmitañ, quin
æmulari Parentem atquq; ad gloriam passibus contendere primis ab annis adnix:
sus est Adolescentiam iuuentamq; in exteris Nationibus per debitas artium cul:
turas et congruam politiem deduxit, donec armis et robur maturesceret et ma:
nus. Bellicis uero studijs se se dedidit, ære suo proprÿsq; impensis auspicatijs
militiam est prosecutus. Ab Anno Christi iam tunc Millmo Sexcentmo Quinqua:
gesimo Quinto Hostibus Suecis Moschis Cosacis Hungaris Moldauis Vndiq;
in Polonia defusis gradiuo Sacramentum sub signis Magci Georgii Comi:
tis in Wisnic et Jaroslaw Lubomirski Regni et Campi Marschalci dixit
operamq; Martialem toto hoc turbulento tempore hastato Cohortis comili:
to nauauit ad Oporznum Vojniciam Varsauiam Pragam Biezanoium
Cracouiam alibiq; ferro animoq; promptus memorandam strenuitatem et
fortitudinem testan destitit nunquam. In Transiluania Prussia ad Toruniñ
Graudentum Mariæburgum incursionibus Prælijs obsidionibus Victorÿs trium:
phisq; interfuit, pars omniũm magna non fidelitas illi non alacritas non sedu:
litas deerat Virium impendio prodigali et numorum pericula subijt vt vin:

ceret

ceret largos profudit sudores, ut hostilem sitiret cruorem, atq ut formosior fama
sibi foret pulueremq arena crebro collegit - Tot tantisq virtutibus, dotibusq in eo
Duces Exercituum Regni perspectis planeq recognitis, Nobis ac omnibus Regni Ma-
gniq Ducatus Lithuaniæ apprime commendarunt, simul ut Polonæ Nobilitatis
Prærogatiuam permisso Indigenatu consequeretur pro munere suo postulauerê
accessit Militiæ totius suffragium, quâ id ipsum unanimi voto poposcit. Quam-
obrem qua meritorum gloria subditis relicta est, Ius decusq præmiorum Regibus
debetur, Nos qua reste factis prefati Gnósi Petri de Castellatij Dzianott benigne
Noti, qui interuentu Magnificorum Exercitus Nrî Ducum ac Militum petitio-
nibus inclinati, sæpedictum Gnosúm Petrum Dzianott in Regni Poloniæ ac Ma-
gni Ducatus Lithuaniæ Indigenam per quam libenter recepimus, atq ut omnibus
deinceps Iuribus Priuilegijs, immunitatibus, Prærogatiuis, cum Posteris a se descen-
suris gaudeat et fruatur vltro indulgemus, atq prærecensitum stemma et in-
signe gentilitium eius Authoritate Imperiali receptum et decoratum Scutum
nempe ceruleum in cuius fundo Virenti Castellum rubeum cum Porta rotun-
da et Quinque Turribus ordine dispositis munitum, quarum eminentior inter-
media supra Pinaculam aquilam duplicem siue bicipitem Nigram, Coronam auream
in Vtroq capite gestantem rostris apertis rubeisq exertis linguis, alis expansis
ac pedibus diuaricatis repræsentan. Scuto galea incumbat aperta Latrata
seu torneatica, Cancellis ac limbis deauratis, et Corona aurea super impo-
sita, Faleriscq ac Laciniis Vtrinq ceruleis mixtim et roseis Molligirorum
sinuamine defluentibus, decora coronâ itidem Aquila Duplex et coronata ei
quoq in Scuto depicta consimilis insistat prout omnia ad amussim in præno-
minato Posaniano Diplomate coloribus illustratum, hic quoq depictum est in-
ter stemmata et Insignia Indigenatus et Nobilitatis Nræ Polonæ, Magniq
Ducatus Lithuaniæ recepimus et assumimus, quo in omnibus quibusq rebus,
ut pote Sigillis annulis monumentis omniq alia suppelectili domestica, quâ
priuatim qua publicè pro more et consuetudine aliorum Nobilium vtetur et fruet,
Successoresq eius Sexûs Vtriusq Vtentur et fruentur temporibus perpetuis, cum
omni Successura posteritate. Quod omnibus et singulis cuiuscunq Statûs Conditi-
onis et Præeminentiæ in Regno et M.D.Lit: Dnijsq Nobis annexis existentibus
Personis nunc et in futurum præsentibq hisce denuntiamus vt Prædominatum Gnosúm
Petrum de Castellatij Dzianott eiusq Legitimam posteritatem circa hoc Indigenatûs et

et Nobilitatis diploma. tam ipsi quam Posterit̃ati eius legitimæ gratiose elargitum conseruent manuq teneant, atq de Stemmate Iuribus Priuilegijs Prærogatiuis et libertatibus immunitatibus ꝙ respondeant et responderi ab omnibus curent, idq subpanis ex Præscro Legum publicandi hoc in passu describis. In Cuius rei fidem præsentes manu Nrá subscriptas Sigillo Maiestatis Nrí consignari et communiri mandauimus. Datum Varsauiæ in Comitijs Regni Die Mensis Maij. A.D. Millmo Sexcentmo Sexagmo Secundo. Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ Decimo Quarto Aº. Præsentibus Andissimis Andis, Illnibus, Magcis, Gnosis, Ven: ceslao Comite de Lesno Leszczyński Gnesnen Legato Nato Regni Poloniæ Primate Primoj Principe. Ioanne Tarnowski Leopolien Abbate Claræ Tubæ Archiepiscopis, Andrea Trzebicki Cracovien Duce Seuerie. Floriano Casimiro Duce Czartorien, Vladislauien et Pomesaniæ Alberto Tholibowski Posnanien, Ioanne Gębicki Plocen, Ioanne Stephano Wydzga Warmien et Sambien, Nicolao Prazmowski Lucovien et Brestn Supremo Regni Cancellario Andrea Olszowski Culmen et Pomeraniæ, Thoma de Lezenice Lezen Chelmen Thoma de Rupniow Vieyski Kiovien Abbate Plocen Epis. Stanislao Warszycki Castellano Cracovien Stanislao à Potok Potocki Cracovien Supremo Exercituũ Gnali. Andrea Grudzinski Posnanien Paulo Ioanne Sapieha Vilnen et M.D.L. Exercituum Supremo Gnali, Hieronimo Wierzbowski Brestn Cuiavien, Ioanne Tarlo Lublinen, Demetrio Georgio Korybuth Duce in Zbaraz Wisniowiecki Belzen, Andrea de Potok Potocki Braclauien, Ioanne Carolo Kopec Polocen Palatinis. Stanislao à Popow Witowski Sendomien, Ioanne à Lieskowa Skala Wielopolski, Woynicen Alexandro Sielski Gnesnen Daniele Stępkowski Braclauien Castellanis. Georgio Comite in Wisnicz et Iaroslaw Lubomirski Supremo Regni Marschalco et Campiductore Christophoro Pac M.D.L. Cancellario. Ioanne Comite de Lesno Leszczyński Regni Poloniæ, Alexandro Narusewicz M.D.L. Pro Cancellarijs, Luca de Brin Opalinski Cuna Regni Marschalco, Alberto de Pilea Korytzinski Secretario Regni Maiore Præpto Gnali Miechovien, Stephano Wierzbowski Abbatiæ Paradisen perpetuo Administratore Georgio Niewiarowski M.D.L. Andrea Morsztin Regni Referendarijs, Theodoro à Donhoff Camerario Regni, Ioanne Sobieski Vexillifero Regni Vladislao Szmeling Stabuli Regni Vice Præfecto, Ioanne Euaristo Bezecki Physogrodien Capneo Camerd Nrd Mio, Ioanne Tanski Instigatore Regni, Valeriano Stanislao Sudycki Præposito Trocen Archidiacono Vilnen M.D.L.

Andrea Mrzkowski

Andrea Miaskowski Abbate Premeten' Joanne Gninski Succamerario Pomeraniæ Cancellæ Regni Regentibus Joanne Wielopolski Capneo Bicecancellario Nuntiorū Terrestrium Marschalco, Stanislao Zurowski Decretorum Notario Samuele Luszewic Metricæ Regni Notarijs alijsq; quam plurimis Aulicis et Internuntijs ad præsen' Conuentum Congregatis. JOANNES Casimirus REX. Locus Sigilli pensilis Maiestatiui, Joañes Ignatius Bąkowski Succamerarij Culmensis Thesaurarius Terrarū Prussiæ.

Oblata Priuilegij seu Indigenatus Regni Poloniæ Gnoso Francisco à Cassaragi Treuani.

In Nomine Dñi Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Joannes Casimirus Dei gratia Rex Polonię &c. Notum testatumq; facimus ad quos præsens Diploma Nrum peruenerit. huius et futuri sæculi hominibus Vniuersis et singulis quorum interest. Magnorum Imperiorum. Status diuersarum gentiū quibus fuisse compositos antiquitus probatum: Ne Nostris quidem temporibus illi penes quos rerum arbitria sunt omiserunt, quoties aut prima Rerum publicarum cœperunt fundamenta aut iacta ad mansuram stabilire uolebant æternitatem nimirum non ignorabant illi Respublicas tunc maxime florere, cum ex Varijarum institutis Gentium velut ex diuersis in humano corpore elementis vnum coalescit vel ad pondus vel ad iustitiam inter Subditos temperamentum. Et profecto quemadmodum hortorum amœnitas eò potissimum oblectat commendatur, quod florum herbarumq; vel ad regulam uel ad quincuncem disposita Veluti Vnico exemplo in vno loco lætantis naturæ gaudeat, consimili modo augustus Regnorum apex, ex multiplici probonum Illiriumq; Ciuium Varietate suum habet et foris ornamentum et domi stabilimentum, et hinc mehercule sapiens illa, quæ qua oritur Sol, et qua occidit circumfertur Græca nempe Romanaq; antiquitas, non modo diuersas Iure Ciuitatum suarū donabat Vrbes, sed etiam Viros, inuidiam gloriæ, gloriam Virtute supergressos Iure adoptionis ad Patriam libertatem et gentilitios non raro assumpsit honores. Cæterum ne externa duntaxat domesticorum in vno si memoremus exempla Diui Decessores Nri à condita statim gente Polona in id præcipuè intendebant Vt externarum Gentium Ciues vel Artium Scientiarum præclari vel bello strenui in Consortium Nobilitatis Sarmaticæ acciirentur

et spei

et spei publicæ admouerentur. Testantur id florentes in Regno Nro hucvsq
prosapiæ, quæ ex Italia Germania Gallia Græcia Hungaria Dania Cre-
ta Stragè Daciâ euocatæ et Sarmatico fertili inserta solo, eos Virtutum fru-
ctus et odores ex se ediderunt, quos plantæ arborum ex Natiua in alie-
num translatæ humum proferre consueuerunt, nempe Natura ita comparatâ Gt
ut multarum arborum plantæ et suraculi in Vicina Vbenius succrescant gleba et
suauiores ex se quam in hæreditarijs Campis emittant odores. Reuoluantur sanæ
Gentis Nræ annales, et quod ipsa non diffiteatur inuidia videbit præsens et
subsecutura ætas translatitias ex alijs Regnis in Poloniam Familias conter-
minis admirationi dissitis veneratioñi, hostibus terrori, Polonis ornamento semper ex-
titisse. Quod cum ita fieri quotidiano discamus experimento, munenis esse arbitra-
mur Nri in id studio incumbere vigenti, ut Regnum Nrum post luxatam (disper-
sante Vel occulta fatorum lege uel solita florentissimorum quorumuis Imperiorum
vicissitudine) sui compagem externorum Virorum coalescat rursus accessione-
Porro tot alios quorum virtutes hoc rerum in Septemtrione temporum motu et
admiramur et Veneramur, Nobilis Vir Franciscus à Cassaragi Freuani Fama et Virtu-
tum commendatione anteire Videtr. Equidem ille Illri et Vetusta Familia à Cassaragi
Freuanorum Status Luganen' in Italia Regno Magnorum Virorum feraci oriun-
dus et merito seu paternum seu Maternum (quod Etruscis dedit Italia) specta-
mus genus Natalium celebritate, ad omnes Annorum successiones gloriari
potest. Series Paterna tam Virilis quam Sequacionis Sexus in Statu Luga-
nen' Regni Italiæ uti præmissum est antiquissimis suum sumpsit exordium
temporibus, Auus eius Gnosus Vitus à Cassaragi Freuani Serenis Gallia-
rum Principibus, ob eximiam bellicam Virtutem charus. Jam Verò Pater
apud Nos in Polonia Gnosus Joannes à Cassaragi Freuani à multis retro an-
nis in Arte Architectonicâ clarus ob eam à Serenis Duce Memoriæ
Sigismundo Tertio Parente Vladislao Quarto Fratre Prædecessoribus Nris de-
sideratissimis adamatus, gratam et non intermoituram suorum meritorum
reliquit recordationem. Nec inultus est silentio Manius ille Spiritus
quem in Expugnatione Arcis Smolenscen' agro licet ex illato Vulnere sor-
pore animosè manus cum hostibus conserendo exemit. Ex linea Verò
Matris Gnosæ Scilicet Helizabethæ Cannagæ descendentem, si quis
curatius noscere cupiat propaginem, ille Status Nobilium Lugancn'
Annales Scruter et in illis celebrem satis Tornagorum Domum
facile videbit. Cum igr Gnosus Franciscus Cassaragi Freuani eius
ab ipsis

ab ipsis primæ ætatis rudimentis satagebat, quæ nomini ipsius immortalem comparare possint gloriæ, domi deposita puerili prætexta studia liberalia amplexus est gressus est impauidus iter, quod fortuna et Virtus monstrauere, cum ia natura, quo celebrem omni ea parte faceret Virum metas posuisset. Fons tota illius Vita illustris Jure merito habetur, nec numerant ætatis eius nisi per Virtutes et obsequia Principum Anni. Ati sane in Regno Nro his turbidis temporibus et præsertim in generali expeditione ad Oppidum Russiæ Berestecko contra inimicam et antea nunquam Visam Rebellium Cosacorum colluvien illisq; coadunatam Tartarorum multitudinem Valem Nobis et Reipub: sub signis Palatinatus Cracouiensis nauauit operam documentumq; ostentati dedit, hæc esse Vera boni Civis decora, has Veras opes, hanc ueram, nec ullis Vnquam seculis cessuram gloriam quam noui Splendoris accessione satagebat semper æmulare. Hinc sane et quia minime dubitamus, quin in eodem de Nobis et Repub: merendi studio in posterum etiam is idem Prosus Franciscus à Cassaragi Frenani perseueraturus, suisq; descendentibus maiora in dies laudum exempla, quæ imitentur paraturus relicturusq; sit. dignum profecto arbitrati sumus, ut Cum posteros ac Successores eius Vtriusq; sexus Regiæ Gratiæ Nræ, monumento aliquo quod sibi totiq; posteritati suæ perpetuo sit ornamento condecoremus. Quamobrem ex Vnanimi Senatus Nri et Equestris Ordinis assensu, præfato Prosso Francisco à Cassaragi Frenani Legitimisq; Posteris eius hanc singularem gratiam impertiri Jussus, eumq; ac Posteros eius Vtriusq; Sexûs in Numerum et Ordinem Indigenarum et Nobilium Regni Poloniæ Magniq; Ducatus Lithuaniæ recepimus et adscripsimus Vigore Constitutionis Publicæ in Comitijs præsenti Generalibus per omnes Regni Ordines Sanctæ. Ita ut memoratus Prosus Franciscus à Cassaragi Frenani eiusq; lgtmi Descendens tam Virilis quam fœminei sexus se exnunc et perpetuis deinceps temporibus Regni Nri Indigenam scribere nominare et ab Vniuersis nominari ac reputari debeant, omnibusq; et singulis honoribus iuxta præscriptum Statutorum et Constitutionum Regni dignitatibus prærogatiuis Priuilegijs gratijs ac Juribus in Judicio et extra, Spiritualibus et Temporalibus gaudere uti ac frui debeat et possit, quibus cæteri Regni Nri Nobiles nati gaudent Vtuntur et fruuntur Jure vel de consuetudine omni impedimento cessante. Porro Stemma et insigne Vetg et antiquum Frenanorum genti proprium prout

in hoc

in hoc diplomate expressum est approbamus et inter stemmata ac insignia
Nobilitatis Polonæ authoritate Nra collocamus, quinimo in rei fidem certitudine
et evidentiam præsens Diploma manu Nra subscripsimus et Sigillo Mtis Nri
Regiæ communiri mandauimus Actum et Datum Varsauiæ in Conuentu Regni
Gnäli Die Vigesima Mensis Aprilis Anno restauratæ humanæ salutis
Millmo Sexcentmo Sexagmo Secundo. Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ
Decimo Quinto Anno. Præsentibus Reuerendis Illmis Nobis Magnifi-
cis Venerabilibus Gnosis et Nobis Venceslao comite de Leszno Archiepisco-
po Gnesnen Legato Nato Regni Poloniæ Primate, Primo Principe, Joan-
ne Tarnowski Archiepiscopo Leopolien. Andrea Trzebicki Cracovien Du-
ce Seueriæ Floriano Casimiro Duce Czartoryski Vladislauien et Pomeraniæ,
Joanne Gembicki Plocen Alberto Tholibowski Posnanien Stephano Wydzga
Warmien et Sambien Nicolao in Przemow Przemowski Luceorien Supremo
Regni Cancellario Andrea Olszewski Culmen ac Pomesaniæ Thoma Leżyński
Chelmen Thoma Vieyski Kiouien Episcopis, Stanislao Warszycki Castel-
lano Cracovien Stanislao à Lorck Lotocki Cracovien Supremo Exercituum
Regni Gnäli, Paulo Joanne Sapieha Vilnen Exercituum M:D:L: Gnäli
Andrea Grudzinski Posnanien Joanne Tarlo Lublinen Hieronimo Wier-
bowski Brestен Cuiavien Casimiro Pac Troccn Demetrio Georgio Korybut
Duce in Zbaraz Wisniowiecki Belzen Joanne Carolo Kopec Ploccn, Joan-
ne Comite de Brin Opalinski Cuiavien Palatinis Stanislao à Popow
Witowski Sandomirien Joanne à Pieskowa Skała Wielopolski Wojnicen Ale-
xandro Sielski Gnesnen Luca Germinski Zarichostен Andrea Przyję-
ski Culmen Castellanis, Georgio Comite in Wisnicz et Jaroslao Lubomirski
Supremo Marschalco et Campiductore Regni Christophoro Pac M:D:L Cancel-
lario Joanne Comite de Leszno Regni, Alexandro Naruszewicz M:D:L.
Pro Cancellarijs Luca Comite de Brin Opalinski Curiæ Regni Marschalco.
Stanislao Krasinski Supremo Regni Thesaurario Alberto de Pilca Ko-
rijczynski Præposito Gnatis Miechouien Secretario Maiore Regni Stephano
Wierzbowski Regni Abbatiæ Paradisen perpetuo Administratore Stanislao
Niewiarowski M:D:L. Andrea Morsztyn Regni Referendarijs Theodoro
Donhoff Succamerario Regni, Joanne à Pieskowa Skała Wielopolski Bre-
cen Bochnensi, Capreo Nuntiorum Terrestrium Marschalco Joanne Comite
de Bnin Opalinski Princerna Regni et Capreo Bloncn. Joanne Comite de

Wisnicz

Wisnicz et Jaroslaw Lubomirski Scepusien. Euanisto Joanne Belzecki Wyso-
grodien Capneis alijsq plurimis Nuntijs Terrarum Regni Nobilibusq et Incolis
Dnionum Nrorum ad presentem Conuentus Gnalem Regni Varsauiæ congregatis
Joannes Casimirus REX. Locus Sigilli Maiestatici pensilis, Stephanus
Hankiewic Secretarius Regius Mtis my

Actum Varsauiæ. Sabbatho pridie Dominicæ Exaudi. Die 20. Men. May A. Dñi 1662

Ad Relaõnẽ Illrmi & Rndmi Supremi Regni Cancellary.

Oblata Diplomatis Cæsarei seu Indigenatus Romani Impery ac Regnor. st Alli Jacobo Dzianotti in A. 1644. concessi.

Joannes Casimirus Dei gratia REX Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ &. Ex.
Significamus præsen Lris Nris &. Quod Veniens personalr ad Acta Metricæ Regni
Cancellariæ Nræ Maioris Gnosis Petrus de Castallatij Dzianotti Nobilis Indigena
Regni Nri Polon. Prouinciarumq eidem annexarum exhibuit Originale Pri-
uilegiũ seu Diploma in Pargameno Scriptum compactatumet Sigillo Sacræ Cesareæ
Mtis in Cera rubra expresso ac prius in cera alba postmodum in pixide argentea ma-
gna funiculo aureo appensa communitum sanum saluum et illæsum omnq prorsus
suspitione vacuum continens in se Nobilitationem olim Nobli Jacobo Dzianotti Pa-
renti suo charissimo, ac eius lgtmæ Prli de lumbis descendẽ a Sermo ac Po-
tentissimo olim Principe Ferdinando Tertio Romanorum Imperatore Germaniæ,
Hungariæ Bohemiæ Dalmatiæ Croatiæ et Sclauoniæ Rege & benigne concessam
atq in super manu propria eiusdem Sacræ Cesareæ Mtis subscriam, humiliterq petijt
hoc idem Diploma ad Acta præsen suscipi et sibi ex ijsdem authentice extradi.
Cuius quidem Diplomatis Tenor sequitur Talis. NOS Ferdinandus Tertius
Diuina fauente clementiâ Electus Romanorum semper Augustus ac Germaniæ
Hungariæ Bohemiæ Dalmatiæ Croatiæ et Sclauoniæ REX. Archidux Austriæ,
Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stÿriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Luzemburgæ Witember-
gæ Superioris et Inferioris Silesiæ. Princeps Sueuiæ Marchio Sacri Romani
Imperij, Moraviæ Superioris ac Inferioris Lusatiæ Comes. Habspurgi, Tÿrolis,
Ferretis, Kiburgi, et Goritiæ. Landgravius Alsatiæ Dominus Marchiæ
Sclauonicæ Portus Naõnis et Salinarum. Fideli Nobis Dilecto Jacobo

Dzianoti

Dzianotti gratiam Nram Cæsaream ac omne bonum. Peruetusta et laudatissima
Diuis in Romano Imperatore atq; Augusta Austriæ Domo Prædecessoribus Nris co-
suetudo fuit, ut cum Honorum ornamenta et incrementa ab ipsorum dignitate
potissimum dimanent, singularem exhiberent curam quo in jjs decertadis erga eos
se magis liberales exhiberent, qui non modo ab honesta generis Origine, sed
a præclaro etiam Vita instituto et Virtutũ Studijs commendarentur, Quã
eo non solum fine, ut de digno sibi præmio consecuto gratulari, uerum et alij
quoq; ipsorum exemplo inducti ad eiusmodi laudabilia Virtutum certamina
feruentius incitari possent. Quam laudatissimam consuetudinem et Nos postqm
ad augusta Romani Imperij gubernacula accessimus seruare uolentes, nil sane ma-
gis optamus, quam ut eos, quorum Virtutes enitescunt, ac meritorum erga Nos et V.
niuersam Rempub: Christianam singularia extant ornamenta grajjs ac præeminentijs
augeamus, Considerantes itaq; Jacobe Dzianotti probitatem spectatam tuam Vitæ
ac morum integritatem, egregium in Nos Sacrum Imperium et inclytam Nram Au-
striæ Domum fidei et obseruantiæ Studium, omittere Noluimus, quin Nram in te
benigni animi affectionem insigni quodam gratiæ ac beneficentiæ Nræ Cæsareæ
munere cognitam perspectamq; redderemus. Ex certa ergo scientia animoq; bene deli-
berato, ac de Imperialis potestatis Nræ plenitudine te prædictum Jacobum Dzianotti
omnesq; liberos hæredes posteros ac descendentes tuos Legtmos Utriusq; Sexûs et Legitimo
Matrimonio fœdere procreatos, æternaq; sene procreandos ad Statum, gradum ce-
tum Ordinem ac Dignitatem Verorum et indubitatorum Nobilium Sacri Romani
Imperij Regnorumq; et Prouinciarum Nram hæreditariam assumimus, attolimus,
et erigimus. Vosq; iuxta humanæ conditionis qualitatem Nobles, et tanquam
de Nobli Militarium Torneariorum genere procreatos dicimus et nominamus, et ab
Vniuersis et singulis cuiuscunq; Status, gradus, Ordinis Dignitatis ac Præmi-
rentiæ existant, pro Veris Nobilibus haberi dici nominari uolumus ac reputari. De-
cernentes, et hoc Cæsareo statuendo edicto ut posthac ubiq; locorum tam in Judijs
quam extra in rebus Spiritualibus et temporalibus Ecclesiasticis et profanis
quibuscunq; omnibus et singulis Priuilegijs honoribus Dignitatibus Officijs, Juribq;
Libertatibus, insignibus, gratijs, ac indultis Vti frui et gaudere possitis ac valea-
tis, quibus exteri Sacri Romani Imperij aliorumq; Regnorum et Dominiorum
Nrorum Hæreditariorum, Veri Nobles Militares Torneary, Ludicapaces a quatu-
or Auis Paternis et Maternis geniti, et procreati Vtrunq; Sexuum, et ad
quos admittuntur, et recipiuntur, quomodolibet consuetudine vel de Jure.

Quo Veri

Quo Veri huiusmodi Nobilitatis Status ac Dignitas luculentius eniteat cogni-
tõi splendore in oculos hũm incurrat. Tibi prædicto Iacobo Dzianotti ac liberis tu-
is Vtriusq; Sexũs tam Natis quam Nascituris legitimè eorumq; hæredibus ac descen-
dentibus, infrascrã arma et insignia in perpetuũ concessimus et elargiti sumq
ac Tenore Præsentiũ concedimus et elargimur Scutum Nempe Cæruleam in Cui
fundo Virenti Castellum rubeum cum Porta rotunda et quinq; Turribus Ordinè dispo-
sitis, munitum et exornatum, quarum intermedia eminentior supra Pinnaculum
Aquilam Duplicem suæ Bicipitem Nigram Coronam auream in Utroq; capite gestan-
tem, rostris apertis rubeisq; exsertis, linguis alis expansis, ac pedibus divari-
catis, repræsentans Scuto Galea incumbat aperta dathrata seu torneana can-
cellis ac limbis deauratis et Corona aurea super imposita, phaleris q; ac lacinijs
utrinq; cæruleis mixtim et roseis molli gyrorum Sinuamine defluentibus.
decora Corona itidem Aquila duplex et Coronata, ei quæ in Scuto depicta con-
similis existat prout omnia in præsenti Diplomate ingenuosa Artificis manu
expressa et coloribus illustrata liquidius Videre est. Volentes et decernentes
ut tu Iacobe Dzianotti ac liberi hæredes et descendentes tui præfatã armorum
insignia habeatis ac deferatis, illisq; in omnibus ac singulis honestis decentibus q; Acti-
bus exercitijs et expeditionibus tam seriò quam ioco in hastiludijs, bellis, duel-
lis singulari certamine et quibuscunq; pugnis, eminus cominus, in Scutis, bannerijs,
Vexillis, Tentorijs, cænotaphis, Sepulchris, monumentis, clenodijs, annulis, Sigillis ac Su-
pellectili Vniversa, tam in rebus Spiritualibus quam temporalibus et mixtis in locis omni-
bus pro rei Necessitate et Voluntatis Vrã arbitrio, aliorum Nobilium armigerorũ
more Liberè, absq; ullo impedimento uel contradictione habere gestare ac deferre,
ijsdemq; uti quouis modo possitis ac valeatis aptiq; sitis et idonei, ad recipiendã
omnes gratias Libertates Exemptiones, feuda, Priuilegia Vacationes a muneribus
quibuscunq; realibus Personalibus et mixtis ad utendum deniq; singulis Iuribus,
quibus cæteri Nobis ac Sacro Romano Imperio huiusmodi ornamentis insigniti
ac Feudorum capaces, atq; Participes Vtuntur fruuntq; et gaudent quomodolibet
Consuetudine uel de Iure in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq;
Porrò ad maiorem Clementiæ Nrã Cesareã euidentiam Te sæpedictum Iacobum Dzia-
notti in Aulæ Nrã Cesareæ familiarem fecimus deputauimq; atq; constituimq;
prout tenore præsentiũ facimus ac deputamus atq; numero aliorum Aulæ Nrã
Cesareæ Familiarem aggregamus. Decernẽs ac firmiter statuẽs ut ab o-
mnibus et singulis pro tali haberi nominari ac ijsdem Priuilegijs, Iuribus im-

munitatibus

munitatib⁹, prærogatiuis, honoribus, libertatibus, ac emolumentis frui potiri et gaudere possis ac valeas quibus cæteri Aulæ Nrę Familiares fruuntur, potiuntur et gaudent quomodolibet, consuetudine uel de Jure. Mandamus insuper et seriò præcipimus omnibus et singulis Electoribus Ecclesiasticis et Sæcularibus Prælatis Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Capneis Vicedominis Aduocatis, Præfectis Procuratoribus Officialibus Quæstionibus Consulibus Judicibus Ciuium Magistris Heroaldis, Armigeris Cadiuratoribus Ciuibus Communitatibus et alijs denig omnibus Sacri Romani Imperij et Nrīs mediate et immediate subditis et fidelibus dilectis cuiuscung Status Conditionis et præeminentiæ existant, ut te Jacobum Dzianotti liberos ꝯ hæredes et descendentes tuos in huiusmodi Nobilitatis armorum aliarumq concessionum fruitione nec turbent nec impediant, Verum illis Vti frui et gaudere ac in ijs pacifice et quiete permanere sinant. Quatenus gratiam Nram charam habent ac præter Nram et Imperii Sacri indignationem grauissimam pœnam quinquaginta Marcarum auri puri cupiant euitare, quarum medietatem Fisco sacræ Nrō Imperiali reliquam Vero partem iniuriam passi, seu passorum tenore, quoties contrafactum fuerit irremissibiliter decernimus applicandam. Harum testimonio Literarum Manu Nrā subscriptarum et Sigilli Nri appensione munitarum. Datæ in Ciuitate Nrā Viennæ Die Decima Mensis Februarij. Anno Dñi supra Millmum Sexcentesimum Quadragesimo Quarto Regnorum Nrorum Romani Octauo Hungarici Decimo Nono ac Bohemici Decimo Septimo. Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Mtis proprium. Ferdinandus mp. Joannes Matthias Prÿckelmeÿr mp. Za: Consta: Kirchmaier mpp. Locus Sigilli Magni Sacræ Cæsareæ Mtis in Cera rubra ut supra expressi et appensi. Nos itaq sup: plicationi prædicta Gnosi Cæsareæ annuentes prædictum Diploma Nobilitationis Actis præsentibus inscribi et ea ijsdem fidelit de Verbo ad Verbum descriptum Partibus affectantis in forma authentica extradi permisimus, Originale autem eiusdem Diplomatis recipi mandauimus; prout et ipso facto dictus Gnosius Petrus Dzianotti recepit, Gnosiumq Nrum Metrices Regni Profectum Secretarium Nrum de extradito eodem Priuilegio quietauit. In Cuius rei fidem præsentibus Sigillum ꝑꝑ Actum et Datum ut supra ꝑ.

Oblata Genealogica Nobilis olim Iacobi Dzianotti:

Joannes Casimirus ꝑ.

Ioannes Casimirus Dei gratia REX Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &. Ea.
Significamus præsentibus Lris Nris & Quod uenien̄s personaliter ad Acta Metri-
cæ Regni Cancellariæ Nrē maioris Gnosus Petrus de Castallatij Dzianotti Nobilis In-
digena Regni Poloniæ et Provincianum eidem annexarum obtulit ad Actis præsen-
tibus iuseren̄ Lras Pargamineas manu Notarij Imperialis Publici subscras et Sigil:
lo Communitatis Vallis Pregalien̄ in Antiqua et superiori Rhetia pensili in ca-
ra viridi expresso ac pixide argentea alba incluso Communitas Sub Titulo
Ioannis à Pitznonibus Prætoris Iudicumq; rerum Criminalium et Assessorum ex-
traditas continen̄ in se Genealogiam seu literas Testimoniales legitimi ortus
Nobilis olim Iacobi Dzianotti de Castallatijs saluas sanas et illæsas ac omni su-
spitione carentes, Quarum quidem Literarum Series sequitur eiusmodi. NOS
Ioannes à Pitznonibus Inclytæ Vallis Pregalie in antigua et superiori Libera
Rhætia apud indomitum Rheni caput Prætor cæterique Iudices rerum Criminalium
assessoresq; Vrsoprani loco Iuris solito congregati, omnibus et singulis cuius-
cunq; sine Status gradus ordinis ac conditionis Præeminentiæ salutem omnemq;
grati animi et benevoli Officiorumq; Nrorum commendationem ac debitam ob-
seruantiam offerimus, simulq; sancte testamur coram frequenti Nro consessu
comparuisse Nrum Dilectum ac fidem Coniuem Confœderatum Nobilem Iacobum
Dzianotti de Castallatijs una cum eius Prolocutore Nobilissimo ac Ipsan-
tissimo Viro Dno Iacobo Martini de Propositis alias Vexillario in Gal-
lia benemerito. Ac Nobis exposuisse ac petijsse vt eidem Dno Iacobo
Dzianotti Lras Ortus sui Testimoniales Testimoniumq; idoneum ei da-
remus. Cum itaq; Ipsati Dni Iacobi iustam et æquam petitionem
agnosceremus, certitudinemq; assistentibus hinc fide dignis, ætate
grandeuis bonæ Vitæ atq; laudabilis examine sacramentoq; præmissis
accepimus, habentes harum rerum infallibilem cognitionem, quod dictus
Dnus Iacobus Dzianotti Iuuenis bonæ indolis atq; longæ expectationis
in Pago de Castaldimirum Nobile Dno Petro de Castallatijs, ac Mase
Matrona Honesta Dnā Anna filia cuiusdam Dni Ioannis Mase de Ca-
stallatijs, iuxta ritum ac consuetudinem Sancti Euangelij in hanc lucē
sit procreatq; ab eijsdem eductus atq; bonis moribus instructus illi nullo
in modo denegare seo eidem Vltro dare constituimus, cum sciamus
Dni Iacobi dictos Parentes bene semper se gesisse, laudabiliterq; vixisse,
Et conseruationis oshmèq; de Nostris Dominys mentis idq; secundum vulgarem adeò
consuetudinem examine Ipsegnā in Nostris Fidelibus ex Honestis Parentibus
Nobili vetustissimaq; Castellonum familia Patre nimirum

adeò, ut digni sint, cum omni amore et beneuolentia ab omnibus amplectanq. Quo
circa Nos denuo Iudices et Assensores Officiose rogamus et obsecramus omnes
Reges Duces Marchiones Comites Barones Senatus Academias Respublicas
ac quoscunq. alios Principes Spirituales, aut Seculares Viros, aut in digni=
tate constitutos Primates eorumq. Vicarios Scholarumq. Rectores, ad
quos sæpedictus Dnus Iacobus Nr. se contulerit dignetur ipsius Nri Concivis
ac Confœderati Dni Iacobi honestos conatus promouere ac eum quod ipse
ortus Vitæ et Virtutes requirunt ita ornare ut ad Nos Deo auspice redditu=
rus possit beneficia et Officia in se collata Nobis probare ac laudibus ef=
ferre, ea eiã eo loco et numero habebimus, ac si Nobis Nrisq. Vtilitati
Vtilitati ac dignitati applicata essent. Ac Vicissim omnibus gratus Nos
animum exhibere oblata gratificandi et referendi commoditate offerimus
Item Decimam Manipularem ex Prædiis Xtis Białystok magna, Zawady,
Boiary, Starosielce, Saprasla cum Dworrisze, Boiary Milasze nuncu-
patis, de siligine duntaxat, et de avena, et non de alterius generis frumen-
to, ex Mantis circiter Octuaginta provenientem. Item liberam propina-
tionem, potus omnis generis et Mercimoniorum in fundo Ecclesiastico-
Vulgò Posrzigtne, per Subditos et Colonos illius Ecclesiæ exercendorum.
Item liberam Incisionem seu Sectionem lignorum ex Sylvis Cuiùs Xtis Bia-
lostocen pro reparatione Ecclesiæ et domorum Plebanalium, ac prout do-
mesticis tantum, et non alias exercendorum, et alia omnia, quæ antiquitùs illa
Ecclesia Białostocen, et Ministri eius Presbyteri, tàm ante devocupatio-
nem ab Hæreticis, quàm post Vindicationem abeisdem, hucusq; manutenebant
et possidebant, Nos authoritate Xtia Regia confirmamus, adscribimus, appro-
bamus et ratificamus Eximen supradictos Quatuor Mansos fundi in ex-
tremitate Biały Stok Villæ, versus meridiem sitos cum omnibus suis
attinentiis, hortis, pratis, Sylvis, Pinetis, aquæ fluentis et Piscinis, cum

Subditis

Subditis et Colonis ibidem manentibus, et Areas Pomiarne et Pastewnik
dictas ab omnibus oneribus ciuilibus Iurisdictione Xra Regia Capreali,
seu quauis politica Iuribus verò et immunitatibus Ecclesiasticis in perpetu:
ũ adscribimus, atq Bonis Ecclesiæ annectimus. Insuper decimas supra:
scriptas Siliginis et Auenæ ex Prædiis et Villis Xri Białostocen pro:
uenientes liberam propinationem potiũs omnis generis et Merimoniorũ
in fundis Ecclesiasticis per Subditos et Colonos exercendorum tum etiam li:
beram incisionem seu Sectionem lignorũ in Syluis Cunio Xri Białostocen
pro usu illius Ecclesiæ Parochorum, Præpositorum, Mansionariorũ, Seruitorũ,
Colonorum ac Subditorum, Ecclesiasticorum eidem Ecclesiæ Białostocen
concedimus, conferimus, damus, inscribimus et incorporamus perpetuò et
in æuum. Nihil Nobis et Sermis. Successoribus Nris seu Tenutarijs Castri
Tykocinen Bonorumq Białystok, neq alteri cuipiam ad prædictos agros,
fundos, areas, decimas, et quosuis fructus, obuentiones et pertinentias illig
Ecclesiæ reseruantes. In cuius rei fidem præsentes Priuilegii Literas ma:
nu Nra subscripsimus, Sigillogq Regni communiri mandauimus. Datæ
Varsauiæ. Die XV. Mensis Januarij. Anno Dñi MDCLXIV.
Regnorum Xrõrum Poloniæ XVI. Sueciæ verò XVII. Anno.

Actum in Pago Nieporęt Sab:
batho ipso Die Festo Sanctæ An:
næ Die 26to Mensis Julij
Anno Dñi 1664.

Ad Relationem Illrmi et Reuerendmi
Supremi Regni Cancellarij.

Cedit Gnosus Succamerarius Cul:
men de Bonis Łopatki Paltũs Cul:
men in Persona S. Samuelis Swiderski.

Joannes

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Ex. Quomodo coram Actis Metrica Nra Cancellaria Regni Maioris compa
reas personalr Gnosus Joannes Ignatius Bzkowski Succamerarius
Culmen, Thesaurarius Perrarn Prussiæ sanus mente et corpore per oia
exns, à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdone sua quauis propria coram:
petenti quoad infrascra recognda citinco ultro recedendo: Præsenti aute
Jurisdoni Xrô Regiæ pronunc se cum Successoribus ac Bonis suis be
neuole incorporando ac subiiciendo palàm et liberè recognouit præsentibusq;
recognoscit. Quia ille inhærendo literis Consensus Vestri ipsi Varsauiæ
Die Vigesima Prima Mensis Julii Anno prnte datis ad præsens in sue
Originali exhibitis, manu Xra Regia subscriptis, et Sigillo Maioris Can:
cellariæ Regni obsignatis. Quarum quidem literarum præfati Consensus
series sequens est talis. Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Livo
niæ, Smolen, Czerniechouiæq; nec non Sueciorum, Gottorum, Vandalorumq;
Hæreditarius Rex. Significamus præsentibus literis Xris quorum interest
Vniuersis et singulis. Consensisse Nos et permisisse consentireq; et per
mittere præsentibus literis Xris Gnosto Joanni Ignatio Bzkowski Succa:
merario Culmen, Thesaurario Perrarn Prussiæ, vt possit et valeat de omni
et integro Jure suo Aduitali sibi super bona Villæ Zopatki dictæ Xri Re:
galis venienti et competenti cedere, illudq; in Personam Gnosi Samuelis
Swiderski plenarie transferre et transfundere. Quæquidem Cessio Su:
nisq; Transfusio posteaquam coram Actis quibuscunq; Regni authenticis
facta et recognita, Nos eam ratam & gratam ac firmam habituri sumus, vti
eam quæ præuio Consensu Xrô peragetur. Vigore cuius Cessionis præsen:
tisq; Consensus Xri idem Gnosus Samuel Swiderski eadem Bona Villæ
Zopatki cum Vniuersis agris, pratis, campis, Syluis, pascuis, bonis, ne:
moribus, tabernis, molendinis, piscinis, fluuiis, fluminibus, edificiis,
Structuris, Subditis, Colonis, hortulanis, Inquilinis, Subditis, eorum la
boribus,

bonibus, Censibus eorum reditibus, Vsibus fructibus, commodis et emolumen-
tis, nec non omnibus attinentijs et pertinentijs ad eandem Villã Łopatki in-
Palatinatu Culmen sitam, ex antiquo spectantibus tenebit, habebit et possi-
debit ad extrema Vitæ sua tempora. Promittentes Nostro et Sermorum Suc-
corum Nrorum nomine, non esse Nos Sermos Successores Nros dictum Grosum
Samuelem Swiderski abusu et pacifica dictæ Villæ Łopatki possessione
amoturos, neq amouendi cuipiam facultatem daturos, Sed integrum ius
Aduitalitium conseruaturos, quod et Sermi Successores Ni præstabant.
Ratione cuius. Aduitalitatis ex eadem Bonis Grosus Swiderski primo
possessionis suæ Anno Vigore Nouellæ Legis pbis Quadruplicem, se-
quentibus, vero Annis solitam Prouentuum Quartam Partem Quan-
quotannis Thesauro Regni inferre tenebitur. In cuius rei fidem præs-
manu Nra Subscripsimus, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ
Die Vigesima Prima Mensis Julii. Anno domini MDCLXIV.
Regnorum Nrorum Polonie et Sueciæ XVI. Anno. Joannes Casimi-
rus Rex. Stephanus Hankiewicz Secr Regius Mtis mpa. de toto et
integro Jure suo aduitali quod, quantum, et quale se Reuoquten ad Bo-
na Villæ Łopatki dictæ in Paltu Culmen sitæ concernit, tenuit et com-
pect, in personam Grosi Samuelis Swiderski cessit et condescendit,
prout ipsam eatenus et ipso facto de præs Bonis Villæ Łopatki nunca-
patis cum Vniuersis illius agris, pratis, campis, syluis, pascuis, bonis, nemo-
ribus, tabernis, molendinis, piscinis, fluuiis, fluminibus, ædificiis, Structuris,
Subditis, Colonis, hortulanis, Inquilinis, cum laboribus, Censibus, redi-
tibus, commodis et emolumentis, nec non omnibus attinentijs et pertinentijs,
ad eandem Villam Łopatki dictæ ex antiquo spectantibus cedit, transfert, de-
riuat et condescendit. Nihil prorsus amplius Iuris seu prætensionis ad
eandem Villam reseruando. Intromissionem officiosè per Ministerialem
Regni Gnalem ad duos Nobiles, vel alio quouis modo iuridice quando
cunq; voluerit assegnandam dat et admittit. Præsti cessione et Transfu-
sione

φ Locus Sigilli Maioris Cancellariæ Regni.

rone Iuris ad premissa mediante. Quam nationi firmitatis gratia is idem Grosus Recognis manu sua propria subscripsit. Joannes Ignatius Bykowski Succameranus Culmen Thesaurarius Perrand Prussiae. Quam quidem Cessionem Nos ratam et firmam habere Volen, Eandem Actis hisce inseribi, et ex ydem fidei deprompta Partis postulanti in forma authentica extradi permisimus. Cuius rei Fidem praesentibus Sigillum Regni est appressum. Actum et datum Ut sup.

Actum Varsauia Sabbatho ante Festum Beatissima MARIAE Virginis ad Niues proxo. Die scilicet 2. Mensis Augusti A°. Dni 1664.

Ad Relationem Illmi et Rdmi Supremi Regni Cancellarij.

Donat Sortes suas Grosus Gadowski Grosso Gumowski Succameranio Zakroczynensi.

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Ex. Quomodo coram Actis Metrica Nra Cancellaria Regni Maioris comparens personaliter Grosus Andreas Gadowski olim Grosi Andreae Gadowski filius, sanus mente et corpore per omnia existens, de Sort. Terris, Districtibus, et Iurisdone sua quauis propria et competenti quouis infra, sira recognita attinet ultro recedendo: Prout autem Iurisdoni Nra Regiae pronunc sese cum Bonis ac Postessionibus suis benevole incorporan, do ac subiiciendo, palam et libere recognouit, praesentibus quoque Verbis

diserte

diserris per expressum recognoscit. Quia ille Sortes suas Bonorū
Villæ Gadowo in Palatu Mazouiæ Districtu Zakrzezyneū sitæ, Pa-
ternas et Maternas ad se Recognitem vti primum Hæredem ad hu-
iùsmodi Jure Naturalis Successionis post prælatum Grōsum olim An-
dream Gadowski et Dorotheam Błędowska Conjuges Gtimos Pa-
rentes suos Charissimos demortuos devolutas, vel quouis alio modo se
concernentes hæreditarias, obligatorias, Reformatorias vel dotales
totas et integras vnà cum omnibus earundem sortium agris, pratis, campis,
pascuis, Syluis, nemoribus, tabernis, molendinis, fluuiis, flumiribus, sta-
gnis, piscinis, ripis, nec non cum Subditis, Cmethonibus, cond laboribus,
Hortulanis, Censibus, dationibus, ædificiis, Structuris, ac aliis omnibus at-
tinentijs et pertinentijs ad eadem Bona ex antiquo spectantibus, et prout
antea mrati Grosi Parentes sui tenebant, habebant, et possidebant Gnō:
Jo Casimiro Gumowski Succameranis Zakrzezyneū, et illius Gtimis Suc-
cessoribus ac Posteris vtrisq; pure, perpetuo, ac irrevocabilis donationis titulo
dedit, donauit, et resignauit, prout iam ex nunc et ipso facto præsenti Jn-
strone sua personali dat, donat, abrenunciat et resignat in omnem: Xi;
hil sibi Recognti ad eadem Bona, vel Sortes earundem Bonorum suis
quibusuis Successoribus amplius Juris, prouisionis, Successionis, Hæreditatis
aut alijsuis tituli reliquit, vel quouis modo prout se aut Suis Successoribus
reservat: Sed totum ac integrum Jus suum hæreditariū, Obligatoriū
vel aliud quodvis se Recognitem huiusq; concernens in personā Grosi
Succamerarij Zakrzezyneū prædominati cedit abdicat, Ipsaq; Sortes
Bonorum Gadowo hæreditarias et obligatorias dicti Grosi Succame-
rarii Zakrzezyneū et illius Successoribus ad habendum, tenendum, possiden-
dum, dandum, donandum, commutandum, alienandum et in vsus licitos quosvis be-
neplacitos convertendum transfert et transfundit in perpetuum. Intromis-
sionem in eadem Bona ad præsens per se donata et resignata per Mi-
nisterialem Regni Gralem et duos Nobiles vel alio quouis modo

Cimo

stimo offose dandam et conferendam aequandocung voluent acceptandam
libere is idem Gnosus Recogns dat et admittit datang et admissam eandem
Intromissionem et possonem nec per se nec per alias quascung personas prospe
ditarum, quiminio eundem Gnosum Casimirū Gumowski Succameranium Za
krzezgneū Donatarium suum et illius quoruis Successores in pacifica Bo
norum eorundem possessione conservaturum submittit. Insuper sepefatus
Gnosus Andreas Gadowski secum suis Posteris in Bonis suis omnib
inscribit, obligat ac submittit Gnosum Succameranium Zakrzezgneū Do
natariū suum et eius Successores ab omnibus impedimentis Iurisdictis et extra
iurisdictis oium personarum cuiuscuis Status, Sexus et condonis existentiū: Tum
Inscronibus prioribus, posteronibus, Reformationibus, dotibus, Quitalita
tibus, luenis, perluenis, processibus quibuscuis semper et quouis tempore prae
scone nulla obstante, in omni officio et Iudicio tuen, defendere, euincere,
ac eliberare, indemnem, seu indemnes reddere. Pro quibus sub damnis Terribus
simplici assertione sine quoruis Iuramento taxandis in casu contraven
tionis Inscroni presenti soluendis et succumbendis. Pro quibus qui
dem damnis in quoruis Officio seu Iudicio ad primam Citationem peremptoriā
stare, respondere, Iudicatumpati et Inscroni suae prati satisfacere absq;
omnibus dilationibus, Euasionibus, proscriptionibus appellationibus
earum prosequutionibus ac Vniuersis in genere remedijs Iuris expeditis
Gnosus Andreas Gadowski se se in Bonis suis omnibus submittit ac
obligat. Prati Inscrone et Donatione sua ad premissa mediante. Quae
nationis firmitatis et securitatis gratia is idem Gnosus Recogns manu
sua propria subscripsit. Andrzey Gadowski. Quam quidem Donatio
nem Nos ratam et firmam habere volentes, eandem Actis presentibus
ingrossari, et ex ijsdem fideli de Verbo ad Verbum deprumptam Par. Lo
stulant in forma authentica extradi permisimus. In cuius rei fidem
presentibus Sigillum Regni est appressum. Actum et datum ut. vt sup.

Actum

Actum Varsauia Feria
Quarta ante Festum Glorio:
sissima Assumptionis in Ca:
lum Beatissimæ MARIÆ Vir:
ginis proxá Die 13. Mensis
Augusti Anno Dñi 1664.

Ad Relationem Illustrmi et Re:
uerendmi Supremi Regni Cancellarij.

Donat sortem suam in Bonis
Mroczkowa Wola. Gnōsus Chri:
stophorus Vrielinski

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod coram Actis Metrica Nra Cancellariæ Regni Maioris comparens perso: &c.
naliter Gnōsus Christophorus Vrielinski olim Gnōsorum Melchioris Vrie:
linski et Martianæ Radowska Coniugum Filius, sanus mente et corpore
existens, à Foro, Terris, et Distrīctibus suis propriis, respectu infrascriptorum
pro nunc recedendo: Prōti autem Iurisdōni Xrō Regiæ sese cum Bonis
ac Posteris suis beneuolè incorporando, palàm et liberè recognouit, præsenti;
busq; literis diserte recognouit. Quia ipse Gnōso Gabrieli à Prazmow
Prazmowski Notario Terrestri Varsauien et eius Successoribus totam et inte:
gram sortem suam hereditariam, obligatoriam paternam et maternam se quo:
que Iuris titulo concernentem, et post Parentes suos Iure Naturalis Succes:sio:
nis Leuistam, ac inter alios Consuccessores suos ad se spectantem, idq; in bo:
nis Villæ Wola Mroczkowa in Terra Varsauien Paltu Mazouiæ exten:
ad præsens desertam, cum Iure, dominio, hereditate proprietate alterius tituli

Jure

Jure perpetuæ ac irrevocabilis Donationis titulo dat, donat, insenbit, cæ
et integrum Jus suum ad eadem Bona sibi semiens in personam eiusdem
Jui Donatarij et illius Successorum transfert, transfundit, Intromissionem
admittit, Pacem cum tuitione sufficienti ac omnibus impedimentis caret
Subdamnis Terrestribus simpliciter tacardis. Proquibus Citatus in
Officijs Castrensi Varsavien parebit cum recessu. Presenti Inserone,
Donatione, Resignatione et recognitione ad promissa mediante. Quam
maioris firmitatis grahà is idem Xtis Recogns manu sua propria sub:
scripsit. Christophorus Vrielinski. Quam quidem Inseronem Donatio:
nis, Resignationis et Recognitionis Nos ratam, firmam et validam
habere Volen, Eandem Actis hisce ingrossari, et ex ijsdé fidli deliber:
to ad Verbum descriptam Parti postulanti in forma authentica extra:
di permisimus. In cuius rei fidem presentibus Sigillum Regni est ap:
pressum. Actum et datum ut supra.

Grosus Prazmorski Notarius
recognoscit Debitum 2000. Ge!
neroso Vrielinski.

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Ex. Quod coram Actis presentibus Metrice Nrâ Cancellaria Regni Maioris
comparens personaliter Grosus Gabriel à Prazmow Prazmorski No:
tarius Terrestris Varsavien sanus mente et corpore per omnia exns me:
diante Fori prâtis approbatione palam et libere recognovit, prâtibusq ver:
bis dixerit recognovit. Quia ipse Xtis Christophoro Vrielinski olim
Grosorum Melchioris Vrielinski et Mariannæ Cesnowska Conjugû
Filio teneter et debet Summam 2000 Florenorum Polonicorum et
pro Festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ proxè Venturi in Ao
1665. dare, solvere, et circa officium Castrense Varsavien reponere,

casu

casu vero non repositionis pro tempore suprascro provisionem annuam persoluere, vel loco provisionis Intromissionem in Wola Mroczkowa in Pa: latinatu Mazouiæ Terra Varsauien hodierno sub Actu sibi resignata admittere, admissam non prosequire sub Vadis Simili. Prægno Citatus ex Instantia eiusdem Vrzechinski in Officio Castren Varsauien parebit cum recessu. Prki Inscriptione et recognitione sua ad præmissa mediante. Cram maioris firmitatis gratia is idem Gnosus Recogns manu sua propria subscripsit. Gabriel Prazmowski. Notarius Terrestris Varsauien. Cram qui dem Inscriptionem et Recognitionem Nos ratam et firmam habere volentes Eandem Actis præsentibus inscribi et ex ijsdem authentice extradi permisimus. In cuius rei fidem præsentibus Sigillum Regni est appressum. Actum et datum ut supra.

Donat Curias suas Gnosa Ge: Ena Prazmowska Gnoso Mari: to suo. Joannes Casimirus rr. Scanus rr.

Quomodo coram Actis prntibus Metrica Nrâ Cancellariâ Regni Ma: ionis constituta personaliter Gnosa Helena à Zuros Danilowiczowna Gnosi olim Hiacynthi in Michalow Michalowski Capnei Krzepicensis prius, nunc Gnosi Samuelis Georgii à Prazmow Prazmowski Vexillifери Curiæ Regni Wyssogrodien, Krzepicen, Kamionacen Capnei Rothmagistri Nostri Consors, corpore quidem paulo debilis in lecto decumbens, mente tamen per omnia sana eans, mediante Fori præsentis approbatione recessus à pro: pria Iurisdone ad prnis facta palam et liberè recognouit, præsentibusq; publicè et benevolè recognoscit. Cui illa luce iam Testamento suo ante aliquot Menses Anno præsenti conscripto et solenniter condito, Actisq; præsentibus roborato, Bona sua videlicet Curiam ligneam cum Horto et omnibus suis ædificiis et adiacentijs hic Varsauiæ in platea ac Fundo Sancti Geor: gij geres

Ex.

gii penes Hortum Honorati Thomæ Jurkiewicz Scabini et Chirurgi Var-
saviens ex opposito Horti seu Pomarij Gissiani sitam, necnon alteram Cu-
seu Lapideam Minezarnia antiquitùs appellatam Lublini in platea Oley-
na Vocata itidem cum Vniversis illius attinentijs, ædificijs et Structuris in
recompensam coniugalis amoris memorato Groß Prazmowski Marito suo
charissimo donauerit. Nihilominus quoriam eadem Curia Domus lignea
et Lapidea in fundis Ciuilis ex natura sua Iurisdictionis consistunt grd:
Senti recognitione et Inscriptione sua offosa, has easdem Curiam Varsauien
lignean cum Horto ædificijs et adiacentijs cunctis, Lapideam Minezar-
nia cognominatam Lublini sitas cum omnibus ædificijs, Structuris, et
Vniversis ad eandem Lapideam attinentijs ex antiquo spectantibus Vti suas
proprias ac hereditarias prænominato Groß Samuëli Georgio Prazmo-
wski Vexillifero Cuiæ Regni Wyssogrodien Krepicen Kamionacen
Capitaneo Xrò Marito suo dilectissimo illiusq; legitimis Successoribus dat,
donat inscribit et resignat in perpetuum. Nihil sibi Reservti aut suis
quibuscuis Successoribus ad easdem Curias Varsavien et Lublinen Vtraq;
amplius Iuris, proprietatis, propinquitatis, hereditatis, dominii aut quasuis
sibili relinquendo vel quouis modo pro se aut Posteris suis reservando, sed
totum ac integrum Ius suum, proprietatem, propinquitatem, et quemuis tit:
cum vera cum Intromissionibus et possione pacifica in personam præfati
Groß Maxiti Donatarij sui transfert, cedit, deriuat in eumq. quem-
mò iam est nunc ad habendum, tenendum, possidendum, vtendum, dandum,
donandum, commutandum, alienandum, vendendum ac in ipsius quosuis
Successorumq; illius Vsus beneplacitos conuertendum mittit et tradit, Seq;
et suos quosuis Posteros ijsdem Curijs et Juribus ad easdem habitis hæ-
reditarijs abrenunciat et abdicat eaterne. Insuper Intromissionem
et pacificam possessionem per officia competentia, quandocunq; ipsi
placuerit sive stante Vita sua, sive post fata sui Recognoscentis

Luegtardan

acceptandam ad presens benevole dat admittitq; Atq; datam et admissam
nec perse nec per quasvis alias personas interturbaturam, quinimò in pa:
cifica possessione et libero usufructu conservaturam submittit ac inscribit.
Transportationem prntis Inscriptionis Donatariis ad Acta Varsavienscia
et Lublinen competentia quandocunq; ipse Gnosus Marthus Donatarius
voluerit permittit: Presenti Inscriptione, Donatione, Resignatione et
Abrenunciatione personali recognita ad premissa mediante. Quam ma:
ionis firmitatis gratia hoc eadem Gnosa Recogns manu sua propria sub:
scripsit. Helena z Zurawa Prazmowska Chorazyna Nadworna
Rzepicka, Wydogrodzka Starościna. Quam quidem Donationis Re:
signationis et Abrenunciationis Inscriptionem Nos validam haberi vo:
lentes Actis presentibus inscribi, et ex eisdem fideliter descriptam
Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus. In cuius rei
fidem presentibus Sigillum Regni est appressum. Actum et datum
Varsaviæ Feria Ter:
tia post Festum Sancti Bar:
tholomæi Apli proxa Die 26.
Mensis Augusti A.o Dni 1664.

Ad Relationem Illrmi et Revendmi
Supremi Regni Cancellarij.

Roborant Interessam Illmg
et Rndmus Cancellarius Regni et
Gnosus Petrus Dzianotti.

Joannes

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

vlg. Quod coram Acbis Metrica Nrâ Cancellariâ Regni Maioris comparen:
tes personaliter Illmus et Rdmus in Chro Pater Nicolaus in Prazmow
Prazmowski Episcopus Luceorien et Brestien Supremus Regni Cancel:
larius Abbatis Sieciechovien perpetuus Administrator Ecclesiæ Sch
Michäelis in Arce Cracovien Præpositus ab una et Grosius Petrus Dzia:
notti parte ab altera: ambo sani mentibus et corporibus cântes à Foro
quouis suo proprio Ultri recedendo: Huic autem Jurisdôni Nrâ Regiæ
respectu infrascriptorum sese benevolè incorporando galan et liberè re:
cognouerunt, præsentibusq; recognoscunt. Quâ illi Contractum seu Interci:
sam ouasione Arrendæ Triennalis Bonorum Villæ Tur appellatæ in Pa:
latinatu Cracovien Districtu Xigzeien sitæ inter se die 23. Mensis Au:
gusti Anno præsenti conscriptam, Sigillis et Subscriptione manuum fir:
matam in omnibus ac singulis illius intro contentis approbarunt, roborarunt
et ratificarunt, prout iâm ea nunc et ipso facto approbant, ratificant, ro:
borant et rathabent. Nonalias ac si eadem Intercisa de toto suo
tenore hîc inserta esset. Eidemq; Contractui in omnibus Satisfacturos
et adimpleturos submittunt ab invicem, Idq; sub Vadio Septemdecem Mil:
lium Florenorum Polon in eadem Intercisa specificato. Alias in Forma
Roborationis de Jure plenissima. Quam maioris firmitatis gratiâ, ma:
nibus suis propriis Subscripserunt. Nicolaus Prazmowski Episco:
pus Luceorien, Cancellarius Regni Supremus. Petrus Dzianotti:
Quam quidem Roborationem Intercisæ Nos ratâ et firmam habere
volentes, eandem Actis præsentibus inseribi, et ea ydem authentice
extradi permisimus. In cuius rei fidem præsentibus Sigillum Re:
gni est appressum. Actum et datum Varsauiæ &c. vt supra.

Actum

Actum Varsauiæ Feria Quin:
ta Pridie Festi Decollationis
S. Joannis Baptæ Die 28. Men:
sis Augusti Anno Dñi 1664.

Ad Relationem Illmi et Rdmi
Supremi Regni Cancellarij.

Oblata Priuilegii in partem
Gnósi Francisci Casimiri Wy:
socki Senientis.

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Oblatas esse ad Acta Metrica Xrâe Cancellariæ Regni Maioris Li: &c.
teras infrascrâs manu Nrâ Regia subscrâs, Sigillog Regni Maiori
munitas sanas, saluas, illæsas, omnig suspitionis nota uacuas. Qua:
rum quidem literarum tenor sequitur esbg talis. Joannes Casimirus
Dei gratiâ Rex Poloniæ, Magnus dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Ma:
soviæ, Samogâ, Livoniæ, Smolenscię, Czerniechoviæg; necnon Sueciæ,
Gothorum, Vandalorumg Hæreditarius Rex. Significamus præsentibus
literis Nris quorum interest Vniuersis et singulis. Quòd Nos intuitu me:
ritorum Gnósi Francisci Casimiri Wysocki, Nobis constanti fide præ:
stitorum, faciendum Nobis libentissimè duximus, vt eidem villam Nrâm
Gawłowice dictam in Capitaneatu Nro Radzieiô exântem, post mortem
Nris Felicis Koppyckì daremus et conferremus. prout quidem damus et
conferimus præsentibus literis Nris, Ita vt eandem Villam cũ omnibus eius

agris

agris, campis, fundis, pratis, pascuis, Sylvis, lacubus, piscinis, Subditis, eorumq; laboribus, censibus, commodis, et quibusuis Officiis, tabernâ, Cu: riâ, Aedificiis, et structuris ac in Vniversum attinentijs et pertinentijs eò spe: ctantibus, prout immediatus Possessor tenebat, habeat et possideat ad extrema Vitæ suæ tempora, Sine cuiusuis propediione. Promittimus autè pro Nobis et Sermis Successoribus Nris, Non esse Nos Sermosq; Successores Supradictum Grosum Wysocki ab usu et pacifica possone prefatæ Vil: le Nræ Gaslowice amoturos et alienaturos neq; amouendi et alienandi cuiquam potestatem daturos, Sed Salvum et integrum Jus Aditale con: Servaturos, quod et Sermi Successores Nri Gstabunt. Ratione cuius Aui: talitatis primo possonis suæ anno Quadruplicem, secundum legem publi: cam, Sequentibus autem annis Solitam duplicem Quartam proventûs Par: tem Rauam quotannis statio tempore inferre tenebitur. Jaribus Nostris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiisq; Catholicis Salvis. In quorum fidem præsentes manu Nra subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviæ Die xi. Mensis Junii Anno Dñi MDCLXI. Regnorum Nrorum Poloniæ xii. Sueciæ xiii. Anno. Joannes Ca: simirus Rex. Locus Sigilli Maioris Cancellarius Regni. Stephanus Hankiewicz Secretarius Regiæ Maiestatis. Quas quidem literas Nos ad Acta præsentia susipi, et earundem fideliter de Verbo ad Verbum depromptas Parti affectanti in forma authentica extradi permisimus. In cuius rei fidem præsentibus Sigillum Regni est appressum. Actum et datum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Sexta
ante Festum Nativitatis Beatis:
simæ MARIÆ Virginis proxâ
Die

Die scilicet 5ª Mensis Se:
ptembris. Anno Dñi 1664

Ad Relationem Illmi et Rñdmi
Supremi Regni Cancellarij.

Renunciant Juri Suo Adui:
talitio Gnõsi Prazmowskie —
Coniuges super Tenutam Kłoc:
buck.

Joannes Casimirus &c. Scianus &c.

Quomodo coram Actis Metrica Nrõs Cancellariã Regni Mañis vp.
Comparentes personaliter Gnõsi Samüel Georgius à Prazmow
Prazmowski Cuniã Regni Vexillifer Vistogrodien Strepicen, Kamio:
necen Capreus, Rothmagister Noster et Helena de Euros Daniło:
wiczowna Coniuges, ipseguidem Gnõsus Maritus mente et corpore sanus,
Gnõsa Veri Consors corpore aliquantulum aeger et in lecto sedens, mente ta:
men et personã sana exẽns, mediante Fori presentis respectu infrascripto
approbatione palam et liberè recognouerunt, presentibusq; quilibet
illorum recognoscunt. Quã illi duci pio zelo erga cultum diuinum, cupi:
entesq; Do Conuentus Clari Montis Czestochouien Patresq; ac Fratres
Ordinis Sancti Pauli Primi Eremitæ, gratiã Nrã et Reipũcæ in An:
no 1658. per legem publicam concessa quantocyus possint, de:
uotionesq; eò commodius exercẽant, ac Conditionibus respectu Proxi:
dij alendi oblatis satisfiat, toti ac integro Juri suo Aduitalitio, quod
sibi tam Vigore Priuilegiorum et Communicationum Nrarum quam et Vigore
Constitutionis

Constitutionis Regni publicæ in Anno præfato 1658. laudato
ad Bona Tenutæ Kłobuck cum omnibus ac singulis Villis, Prædiis, atti-
nentijs in Priuilegio Originali prænominatis R: R: Patribus ac Fra-
tribus Conuentûs Czestochoviensis Varsauiæ in Conuentu Regni Grâli die
21. Mensis Augusti Anno Dñi 1658. benignè concesso et authori-
tate Comitiali per Legem pubcam approbato expressis et specificè positis,
hucusq; seruiebat et competebat maturâ intra se deliberatione præhabita
renunciarunt et abscesserunt, prout iam eã nunc præsenti sua personali re-
cognitione ambo abrenunciant et abscedunt, et quilibet illorum suo pro
interesse tàm Iuri Aduitalitio præfato, quàm possessioni eousq; con-
tinuatæ renunciat. Atq; sic eandem Tenutam Kłobuciensem cum Oppido Kło-
buck in Paltu Cracouien sito, Villis, Prædiis, Molendinis, Aduocatijs, Ta-
bernis, Mineris ferrarijs, et aliis in Vnum cunctis adiacentijs, cum Ori-
ginali Priuilegio illorum superius de data et Actu specificato expres-
sis, ad eandem Tenutam Kłobuciensem spectantibus possessioni reali et
usibus pacificè percipiendis R. R. Patrum ac Fratrum Conuentus Cze-
stochoviensis videlicet moderni Prouincialis, Prioris ac omnium nunc et
pro tempore existium tradunt ac dimittunt, Intromissionem ac effectualem
possessionem per eosdem Religiosos Patres ac Fres quandocunq; voluerint
officiosè acceptandam dant et admittunt, Datamq; et admissam nec per se nec
per quos uis alios præpedituros sese submittunt ac obligant: Præsenti
Renunciatione et Recognitione ad promissa mediante. Quam maioris fir-
mitatis gratia suprascripti Gnosi Recognites manibus suis propriis sub-
scripserunt. Samuel Georgius Łazmowski Vexillifer Canis Regni.
Wysogrodien, Krepicen, Kamionecen Capreus. Helena z Zarowa Łaz-
mowska. Quam quidem Renunciationis Inserionem Nostratam et Iudi-
cam habere volens, Cando Actis hisce inseri, et ex ijs de fideliter descri
Parti postulanti authentice extradi permisimus. Cuius rei fidem
præsentibus

præsentibus Sigillū Regni est appressum. Actum et datum ut. vt sup.

Roborant Intercisam G. G. Prazmowskie et Relig: Patres Czestochovien.

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod coram Actis Metrica Nra Cancellaria Regni Maioris compa: vt sup.
rentes personaliter Groſi Samuel Georgius á Prazmow Prazmowski
Vexillifer Canis Regni Wyssogrodien, Krepicen, Kamisneicen Capreus,
Rothmagister Noster, et Helena de Zyrow Danilowiczowna Coniuges
ab una, et Religiosi Prés ac Frés Joannes Stradomski Provinialis,
Kilianus Zywiecki Vicarius Provinciis et Prior Varsavien atq; Romuald
Dymalski Provinciis definitor srs et totius Conventûs Claromontani seu
Czestochovien Ordinis Sancti Pauli Primi Eremitæ, omniumq; Patrum ac
Fratrum in eodem Conventu nunc et pro tempore eâdem nomine (: prout non
ratihabitione modis de Jure firmissimis cauent :) agentes parte ex altera
omnes sani mentibus et corporibus (: excepta Groſa Helena Prazmow:
ska, quæ paulò ager in lecto sedens, mente tamen sana :) eâdem, á Foro, Ter:
riis, Districtibus et Jurisdone sua quauis propria et competenti quoad
infrascripta recognda attinet vltrò recedendo: Præsenti autem Jurisdoni Nræ
Regiæ respectu infrascriptorum se se cum Bonis suis incorporando ac subii-
ciendo, palàm et liberè recognouerunt, præsentibusq; quibet illorum
recognouerunt. Quòd illi Contractum seu Intercisam certam respectu intro:
contentorum inter se abinuicem die hodierna conscriptam, manibus suis
propriis subscriptam, et sigillis vsitatis roboratam, in omnibus ac sin-
gulis illius punctis, clausulis, reatibus, conditionibus ac ligamentis in
eadem contentis approbant, ratificant, roborant et ratihabent; Non aliter ac
si eadem

si eadem Intercisa hic de toto suo tenore inscripta et inserta esse et. Eidemq; Intercisæ in omnibus ac per omnia satisfacturos et adimpleturos se se ab utriq; submittunt, inscribunt ac obligant Bona sub Vadio in eadem Intercisa ac contentis eidem specificatis: Postea Recognitione ac Roboratione ad præmissa mediante. Quam maioris firmitatis gratia Suprafati Recogntes Roborantes omnes manibus suis propriis subscripserunt. Samuel Georgius Prazmowski, Vexilliser Curiæ Regni Wyssogrodens, Krepicens, Kamionacens Capitaneus. Helena e Zurowa Prazmowska. Fr Joannes Stradomski Provincialis mpa. Fr Silvianus Zyrzecki Vicarius Provincialis et Conventus Varsavien Prior mpa. Fr Romualdus Pyzalski Definitor Provinciæ mpa. Quamquidem Roborationis Inscriptionem Ros ratam et validam habere Volentes, Eandem Actis præsentibus ingrossari et ea ejsdem fideliter deprompta Carti affixi in forma authentica extradi permisimus. In cuius rei fidem &c. Actum et datum &c. Ut supra.

Donat Bona Nobilis Helena Suska Nli Alberto Chrzanowski Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

vj. Quod coram Actis Metrica Nrae Cancellaria Regni Majoris compa-
rens personaliter Nobilis Helena Suska olim Nobilis Jacobi Suski et Sophiæ Polkowska Conjugum Filia, primarum olim Vladislai Krzeszowski, Secundarum vero Nuptiarum Nobilis Gregorii Korowicki Consors Vidua derelicta, sana mente et corpore exns, à Jure, Foris, districtibus et Jurisdone sua quavis propria et competenti respectu infrascriptorum ultro recedendo: Huic autem Jurisdoni Nrae Regiæ quoad infrascripta recognita attinet se se cum Bonis ac Possessionibus suis

incorporando

incorporando ac subiiciendo palat et liberè recognouit, presentibusq; reco-
gnoscit. Quia illa Bona sua seu sortes suas in Villa Sucha et Roszki di-
cta in Palatinatu Masouiæ Districtu Liwensi sita se Recognitem post-
olim Parentes suos Jure gauis Successionis inter alios Consuccessores con-
cernentes Paternas, Maternas ac obligatorias rec non Summas quasuis
in ijsdem Bonis quouis modo hærentes cum omnibus eorundem Bonorum atti-
nentiis, Utilitatibus, Usibus fructibus, Prouentibus, Areis, Curiis, Edificiis,
pratis, hortis, agris, Fundis, campis, Syluis, Nemoribus, Subditis, Hortula-
ris, Methonibus tam ad presens in ijsdem Bonis residentibus quàm et
fugitiuis ubiuis locorum reperiendis, laboribus, Censibus, et alijs commodis
Quibuscunq; nullis exceptis, nec sibi Successoribus aut alijs cuipiam reseruatis, sed
cunctis generaliter Jn ea forma primi comprehensis Nobili Alberto Chrza-
nowski Camerario Terrestri Camenciensi olim Nobilis Alberti Chrzanowski
Filio eiusq; Successoribus dedit, donauit, et resignauit, prout jam ex nunc ac
de facto pura, mera, ac irrreuocabili donatione dat, donat, confert, cedit et resi-
gnat in perpetuum, Acceptaq; ab eodem Donatario suo pro premissis suf-
ficienti satisfactione, Jabromissionem ipsi ex nunc in eadem Bona rea-
lem cum Actuali et pacifica possessione effosè per Ministeriales Regni
Jtalem et duos Nobiles quandocunq; voluerit conferendam eidem Reco-
gnoscens dat et admittit. Jnsuper prædicta Recognes pacem cauet et sub-
mittit se ac presentibus Jnà cum sua proprietate de alijs omnibus gene-
raliter Bonis suis mobilibus et immobilibus hæreditarijs et obligatarijs
ubiuis locorum habitis eundem suum Donatarium Successoresq; eius tue-
defendere, cauere, et eliberare de omnibus impedimentis rec non de Interi-
ctionibus Summisq; quibusuis ac alijs Juridicis et extra Judicijs im-
pedimentis prædescriptione longissimi temporis non obstante, Deq; sub-
mis terrestribus simplici verbo absq; iuramento taxandis et edicendis.
Proquibus Citato cum Suis Successoribus in Officio Castrens Liwens parebit
cum

cum recessu peremptorie. Alias in forma Donationis, Cessionis, Resignationis et Euictionis de Iure perfectissima. Quam quidem Cessionem Donationem. Resignationem et Euictionem Nos Actis hisce ingrossari et ex ijsdem fideliter depromptam Parti postulanti authentice extradi permisimus. In cuius rei fidem &c. Actum et datum &c. Vt supra.

Oblata Quietationis Gnō. so Castellano Malogostien ser: uientis, rone solutar Ratar ex Bonis Oeconomic Samborz prouenien à Sac: R. Mtē data.

Oblatas esse ad Acta prnitia Metnica Regni Cancellaria Nra Ma-
v.p. coris literas polonicō idiomate conscras, manu Nrā Regiā subscras,
Sigillog: M a i. o ri. munitas, continentes in se Quietationem Gnōso
Castellano Malogostien seruientem, ratione solutandi Ratarum ex Bo-
nis Oeconomic Samborien prouenientiū à Nobis datar, sanas, saluas,
illesas, omnig suspitionis notā uacuas. Quarum quidem literarū tenor
tequitur est og talis. Jan Kazimierz z Bozey Laski Krol Polski &c.
kie Xięze Litewskie, Ruskie, Pruskie, Mazowieckie, Zmudzkie, In-
flantskie, Smolenskie, Czerniechowskie. a Szwedzki, Gotzki, Wan-
dalski dziedziczny Krol. Oznaymuiemy tym listem Naszym komu
o tym wiedzieć będzie nalezało. Iż Vrodzony Stanislaw Skarszewski
Administrator Oekonomiey Naszey Samborskiey zaszyscek czas
Administratiey swoiey wspomnionej Oekonomiey, poczawszy od dnia
pierwszego Mśca Lipca Roku Tysiąc Sześcset Sześćdziesiątym
asz do dnia pierwszego tegosz Mśca, do Roku Tysiącznego Sześć-

setnego

setnego Szesdziesiątego Czwartego za Czwartoletnią Arendę dosyć
Skarbowi Naszemu według Contraktu postanowionego uczynił, y nic do
Skarbu Naszego za czas pomieniony winien nie zostawa. Dla cze:
gosz pomienionego Urodzonego Kasztellana Małogoskiego y z Sue:
cessorami iego za czas pomieniony Czwartoletney Arendy wieczne:
mi czasy kwitujemy. Dla czego dla lepszey Wiary kwit tego rek
Naszą podpisuiemy y Pieczęć przycisnąć rozkazalismy. Dan w
Warszawie Pierwszego Msca Lipca Roku Panskiego MDCL,
Li V. Panowania Krolestw Naszych Polskiego y Szwedzkiego —
XVI. Roku. Jan Kazimierz Krol. Miejsce Pieczęci

Stefan Wierzbowski Biskup Poznański. Quas quidem lite:
ras Nos ad Acta prnha suscipi, et ex ijsdem fideliter de Verbo ad Ver:
bum deseras Partì postulanti in forma authentica extradi permisimus.
In cuius rei fidem &c. Actum et datum &c. Ut supra.

Gnosus Morstin Venator Rc:
gni inscribit Summam Floren:
z 60000. Gae Helenae Morstinownae.

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod coram Actis Metrica Nrae Cancellariae Regni Maioris compa: v. u.
rens personaliter Gnosus Tobias de Laciborsko Morstin Venator
Regni Ostrolecen Capreus Nr, Febri quidem Tertiana laborans corpore
debilis, mente tamen sanus per omnia exus, mediante Fori presentis ap:
probatione pleniè et liberè recognouit, presentibusq recognoscit. Quia
ille. Gnosa Helena Morstinowna olim Gnosi Stanislai Morstin Tri:
buni Terrominen et Catharinae de Ostrow Coniugum filia, Sua verò
ex Fratre Nepti charissima ea pun et mera erga ipsam amore, Summam

Vigint

Viginti Millium Florẽ Polon in et super Bonis suis omnibus Mo-
bilibus et Immobilibus ubicung locorum et sub quacung Juris-
dõne Sitis inscribit et assecurat: ad eiusdem Summa Viginti Millium Flo-
renor Polon realem ac plenariam exolutionem dicta Grosso Helena Mor-
shtinorna Nepti sua prestandam se Reogrem ac Suos Hores Suos, pra-
sentes Veros Bonorum Suorum Possessores submittit et obligat. Huius
Inscriptionis, Submissionis et Obligationis Virtute. Quam maioris fir-
mitatis gratia is idem Grosus Reogrs manu sua propria subscripsit.
Tobias Morshtin Venator Regni. Quamquidem Inscriptionem —
Nos ratam et firmam habere Volentes eandem Actis hisce ingrossari
et exijsdem fideliter depromptam Parti postulanti in forma authentica
extradi permisimus. In cuius rei fidem praesentibus Sigillum Regni est
appressum. Actum et Datum ut supra.

Actum Varsauiæ Feria Quar-
ta post Festum Sancti Fran-
cisci Confessoris proxa Die 8.
Mensis Octobris Anno Domini
1664.

Ad Relationem Illmi et Rdmi
Supremi Regni Cancellarij.

Donat seu fundat sortes
suas in Bonis Tag Grosus
Tanski Instigator Regni.

Joannes Casimirus rr. Significamus rr.

Quod

Quod coram Actis præsentibus Metrica Nrae Cancellariae Regni Ma; &c.
toris comparens personaliter (: Vacante ad præsens Judicio Terresti
Zawkrensi ob mortem Judicis et Subjudicis atq; ob ægram valetudinem Nob:
tary Terrestris Zawkrensium, quorum peculiari Jurisdoni Actisq; Ter-
restribus Inscriptis præsens inxta præscriptum legis publicæ attineret et com-
peteret:) Grosus Joannes de Izg Janski Instigator Regni prænia so-
lennitate in eadem lege peculianter descripta nimirum tacto pectore in facie
Cancellariæ Nrae prolatisq; simul his formalibus Verbis, Sub fide, honore,
et conscientia Deum testor Że niżey opisaną Fundatią czynię donacią
radice zdobr moich własnych, żadnych pieniędzy zanie niewzięszy,
sine ullo conditamine, ale ex pura zelo et propria mera liberalitate, nieczy-
nąc nii in fraudem otym napisanej Constytucięy y Prawa Pospolitego,
sanus mente et corpore exns, mediante Tori printis approbatione, palam, publice,
libere et per expressum recognouit, præsentibusq; recognoscit. Quia ipse etsi
Bona Sortium suarum in Villa Izg Palatinatus Plocen et Districtus Mla-
uensis, tanquam vetustissimum Maiorum suorum domicilium Posteris-
quoq; suis conseruanda, nec unquam ab iis alienanda esse duxerit: Attu-
men longa super infrascriptis deliberatione præhabita, pensatisq; inæstimabili-
bus beneficiis quæ ut à Maioribus et Progenitoribus suis, ita à R.R. Pa-
tribus Societatis JESV Collegii Pultouien in iuuentute sua bonorum nomi-
literarumq; disciplinis per eos instituta receperit, Unde et Bonis aliis ac plu-
ribus in Republica gestis hactenus honoribus auctum se agnoscit et profi-
tetur: Proinde ad Maiorem Omnipotentis Dei gloriam et Beatissimæ
Virginis MARIAE totiusq; Hierarchiæ Cælestis Honorem; in re-
frigerium veri animarum pie defunctorum Progenitorum Maiorumq; suo-
rum Villa præfatæ Izg hæredum tota et integra Bona Sortium suarum
auitarum et hæreditariarum quæ et quanta sese Recognitem in Bonis præ-
dictis Villæ Izg Palatinatus Plocen districtus Mlauen post obitum Grosos

Jacobum

Iacobum Patrem Felicem Auum et Laurentium Abauum primum in
Bonis Villæ Tansko Chorąże dictæ Hæredem, de eadem Dąg Tanskich sive
Dęzkich Abauosg et Atauos ac alios ad Supremum gremuis gradum
Ascendentes de eadem Dąg Dęzkich, Maiores suos Iure Naturali spectant
et concernunt tàm per eosdem Prædecessores suos quibusuis personis et
in quibuscung Summis obligatas et immediatas, nec in hucusg exemptas,
quàm ab obligatione quauis liberas cum omni Bonorum eorundem seu Sor-
tium in eis cantium Iure, dominio et proprietate, cumg omnibus Prædiis,
allodijs, ædificiis, areis, agris, campis, hortis, Syluis, Borris, Nemoribus,
indaginibus, uberis, Virgultis, Saltibus, Mellificiis, Stagnis, piscinis, lacu-
bus, fluuiis, torrentibus, aquis, aquarumg decursibus, Molendinis, Mericis,
Subditis eorum laboribus, Hortalanis, Censibus, pecoribus, pecudibus, necnon
cum Iure Patronatûs ad Ecclesiam quamuis Bonis eisdem seruient; cumg
omnibus et Singulis Vtilitatibus, Vsibus, fructibus, reditibus, prouentibus
emolumentis, Priuilegijs, Seruitutibus, Iurisdictionum et pascuarum libertatibus,
attinentijsg et pertinentijs ac generaliter obuentionibus Vniuersis, nunc
et ex antiquo ad eadem Bona et Sortes eorum pertinentibus, ita latè longè
circumferentialiterg prout Sortes ipsæ in suis antiquis metis et limi-
tibus distinctæ contincntur, et prout eas prædecessores sui
Recognitis habuerunt, tenuerunt et possederunt Nihil excipiendo iam
ex nunc et ipso facto R.R. Patri Alberto Mękalski Rectori nunc
et pro tempore exanti, totiq Venerabili Collegio Lubouiensi Societatis
JESV in Subsidium Fundationis Bursæ profouenda in ea, studien-
dag in artibus liberalibus, præsertim Veri in arte Musica tenuisq for-
tunæ Iuuentute cum aliis Ecclesijs, tùm in primis Ecclesiæ Collegij Lub-
touiensis eiusdem ornamento et ad deuotionem excitamento futura per
quosuis alios Fundatores de nouo adhuc erigendæ sufficienterg augen-
dæ et dotandæ dedit, donauit, inscripsit, et in perpetuum resignauit, pro-
ut dat donat, donog perpetuo et irreuocabili inscribit et resignat præfatis
per præfatum

per prædictum R.R. Prem Rectorem nunc et pro tempore exist., to;
tumq; Collegium Bona Sortium prædictarum tenenda, habenda et pos:
sidenda, ac in usus Bursæ mrat. specialiter conuertenda perpetuo et in
euum. Præterea omnes et singulas Inscriptiones Victoreas ad Bona sor:
tium supranominatarum modoquocunq; et à quibuscunq; personis scruien:
tes, aliasq; omnia et singula Jura, Priuilegia, Instrrnts ad eadem ex aut:
quo spectantes et pertinentes in personas eorundem R.R. Patrum Rect:
ris ac totius Collegii prædicti plenarie et totaliter transfert et transfun:
dit. Iamq; ex nunc idem Recognis in Bona Sortium supra script. prd:
sentibus donata et in perpetuum resignata prædictis R.R. Patribus
Rectori et toti Collegio Societatis JESV Pultouiensi, Intromissionem
realem et actualem per Mrialem et duos Nobiles quandocunq; acceptandam
dat et admittit, et in loco Bonorum datorum et admissorum se offert et inseri:
bit. Hac sua Recognitione ad premissa omnia mediante. Quam maioris
firmitatis et certitudinis grahia is idem Grosus Recognis manu sua pro:
pria subscripsit. Joannes Tangki Instigator Regni. Quam quidem
donationis seu Fundationis Inscriptionem, Nos ratam et validam habere
volentes, Actis presentibus ingrossari, eandemq; ex ipsis de Verbo
ad Verbum fideliter descriptam, Parti postulanti authentice extradi per:
misimus. In cuius rei fidem presentibus Sigillum Regni est appressum.
Actum et datum ut. ut supra.

Actum Varsauiæ Sabbatho an:
te Festum Sanctæ Hedwigis
Electæ proxa Die xi. Mensis
Octobris Aº Dñi 1664.

Ad Relationem Illmi et Rdmi
Supremi Regni Cancellarij.
Urbis

Vnblis Stramszewicz Donat Summas in fundationem Suffra: ganeatus Pramyslien.

Joannes Casimirus dei gratia &c. Sramus. &c.

vid. Quomodo coram Actis Metrica Nris Cancellariis Regni Maioris com-
parens personaliter Vnblis Stanislaus Stramszewri I. V. doctor
Archidiaconus Vicarius in Spiritualibus et Officialis Gralis Prem-
slien, Canonicus Varsavien, Crosnen, Mosicien Prepositus, Secretarius
Noster, sanus mente et corpore eius non compulsus nec coactus aut aliquo
errore deuio circumuentus, sed rem prius matura animi deliberatione
intra se prehabita perpendens, foro suo quouis suo proprio omisso
et Iurisdone competenti posthabita: Presenti autem Iurisdoni Nris
Regis respectu infrascriptum sese cum Bonis et Posteris suis incorpo-
rando ac subiiciendo. Inhaerendo firmiter Protestationi suae iam alias
coram Actis Castren Capitalibus Premyslien Feria Quarta ante-
Festum Sancti Matthaei Apli et Euangelistae proxima Anno do-
mini 1663. facta, ad presens in forma authentica cum Subscriptione
manus Grosi Martini Madalinski Capitanei Premyslien et Sigilli
roboratione reproducta in et contra Grossos Officiales Iudicij Terre-
stris Premyslien de non suscepta per ipsos a se Leuginte Inscriptio-
ne Cessionaria Summarum pecuniarium prodicte Suffraganeatus
Premyslien designatarum licet multoties amicabiliter super eo requi-
siti fuerint, ad ipsorum uti ad propriu districtus vbi Bona consistunt
Judicium ea mente Constitutionis Regni Anni 1635. presentis
Inscriptionis tanquam in Materia de Nova radice Fundationis Suscepto
Spectabat et pertinebat, Eandemq; suprascriptam Protestationem in toto

reassumendo,

reassumendo, Praxia solennitate in eadem lege publica Anni 1635. pe:
culiariter descripta, nimirum tacto pectore in facie Cancellarii Nris pro:
lato, simul his formalibus verbis. Sub fide, honore, et conscientia
Deum testor, zenizey opisany fundatig czynię de nova radice z dobr
moich własnych żadnych pieniędzy za nic nie wzięwszy, sine ullo con:
silio, ale ex puro zelo et propria mera liberalitate nieczynię nic
in fraudem ustaw napisanej Constytucyey y Prawa pospolitego palam, publice,
libere ac per expressum recognovit, presentibusq recognoscit. Quia ipse quotidia:
na edoctus experientia quantoperè Illmi et Rdmi Episcopi Premyslien indi:
geant Suffraganeo, qui Vices eorum absentium velalias impeditorum penes Ec:
clesiam Cathedralem et per dioecesim obeat, pondenq curæ Episcopalis pro
pontificios supponat humeros zelo maioris gloriæ Dei, honori et decori
Cathedralis Ecclesiæ Premyslien, commoditati Ecclesiarum Incolarumq di:
cesis, Saluti quoq animæ suæ et Parentum suorum consulendo, releuandoq
Illmorum et Rdmorum Episcoporum Premyslien attenuatæ mensæ redi:
tus ab onere congruæ pensionis Reuerendo Suffraganeo annuatim persolu:endæ,
non in alium usum, piumue opus aliquod, sed merè in fundationem de Noua
radice Suffraganeatus et Suffraganei Premyslien dotem ex gremio Ve:
nerabilis Capituli Premyslien iuxta Resem Illmi et Rdmi Stanislai
Sarnowski Episcopi Premyslien Abbatiæ Sulecioviens perpetui Ad:
ministratoris de Acta Brzozouiæ die Secunda Mensis Januarij Anno
Dni 1662. assumendi et nominandi per Insem a præfato Illmo et
Rdmo Eppo coram quibusuis Actis authenticis recognoscendam et ordi:
nationem super eo faciendam ex proprio peculio a divina bonitate, Maiori:
busq suis sibi Recogniti collato, Supradicto Illmo et Rdmo Stanislao
Sarnowski Eppo Premyslien, Abbatis Sulecioviens perpetuo Adminis:tra:
tori eiusq Successoribus Illmis et Rdmis Episcopis Premyslien Summas
pecuniarias Viginti duorum Millium Florenorum monetæ et Numeri Polon Origi:

nales

rales in Vim Reemptionis alias na Wyderkauff, à certis Grosis Prz:
myslien et Sanocensis Terrarum Indigenis, in Bonis illorum hæredi:
tarijs inscriptas habentes, et sibi Recognoscenti seruientes, videlicet Sum:
mam Vndecem Millium Florenũ Polon, à Groso olim Maximiliano Fryzii:
ski super Bonis illius propriis et hereditarijs Villarum Dwarung Hawsk:
dzie, Tymowice, Chorzow, et medietate Oppidi Prochnik distinctis Inscri:
ptionibus: Prima quidem super quatuor Millibus Florenũ Actis Terresti:
bus Przemyslien Feria Tertia post Festum Sanctæ Agnetis Virginis et
Martyris proxima Anno domini 1645: Altera Super Mille Quingen:
tis Florenis Actis Castren Capreolibus Przemyslien Feria Sexta post
Festum Sacri Pentecostes eodem Anno 1645: Tertia super Florenis
Quingentis Actis Castren Capreolibus Przemyslien Sabbatho post Festum
Sancti Bartholomæi Apostoli proxima Anno eodem 1645. Quarta su:
per 6 Florenis Mille Actis Terrestribus Przemyslien Feria Tertia post
Festum Sanctæ Agnetis Virginis et Martyris proxima Anno dñi
1646. Quinta super Quatuor Millibus Florenũ Polon Actis Terresti:
bus Przemyslien Feria Tertia post Festum Sanctæ Agnetis Virginis
et Martyris proxima. Anno domini 1648. super præfatis Bonis
recognitam. Tum et alteram Summam Originalem Trium Millium Florenũ
Polon per Grosum olim Matthæum Stanislaum Gumowski in Bonis Cho:
dnowice, Popowice, Chraplice suis propriis et hereditarijs Terræ Prz:
myslien et Sokolika Terræ Sanocen Actis Castren Capreolibus Prz:
myslien Feria Tertia ante Festum Purificationis Beatissimæ MARIÆ
Virginis Anno dñi 1645. Nec non Tertiam Summam Originalem
Florenorũ Sex Millium Polon per Grosum Carolum de Radochowice
Wapowski in oppido Denso et Bonis eidillud pertinentibus hæredem
super medietate Villæ Zubna et integra Villa Tignik Actis Castrensib
Capreolibus Przemyslien Feria Tertia post dominicam Judica Quadrag
gmalem

gesimalem Anno Dñi 1651. Inscriptam, et per Transportationem
ad Acta Castrensia Capnèalia Sanocèn Feria Sexta post dominicam Cantate
prõxa eodem Anno porrectam. Quartam demùm Summam duorum Millium Flore-
nor Polon ab Infidelibus Senioribus Communitatis Judeorum Premyslien Su-
per Synagoga et Lapideis ac Fornicibus illorum in Platea Judaica Pre-
myslien consistentibus Actis Castren Capnèalibus Premyslien Feria Quarta
prõdie Festi Sanctæ Luciæ Virginis Anno Dñi 1663. inscriptam et
recognitam ac ad Acta Consistorij Premyslien Feria Secunda post Domi-
nicam prõximam post Festum Epiphaniarum Domini prõxa Die 14. Mensis Ja-
nuary Anno Dñi 1664 porrectam et per eosdem approbatam: Jùm et Villam
Twyczyce in Districtu Premyslien sitam, totam et integram cum suis attinentiis et
pertinentiis generaliter universis à Gnõso Stanislao de Drohoiow Drohoiow-
ski Hærede illius pro Summa Undecim Millium Florenor Polon sibi Recogno-
scenti in Vim reemptionis venditam, resignatam, acquisitam, prout coram Actis
Castren Capnèalibus Premyslien Feria Secunda post Dominicam Judica Quadra-
gesimalem Anno Dñi 1654 inscriptis venditorea et approbatis illius per
Gnõsam Catharinam de Marchowice Drohoiowska Coniugem coram ejsdem Actis
Castren Capnèalibus Premyslien Feria Sexta in Crastino Festi Sanctæ Ma-
riæ Magdalenæ Anno dñi 1655. recognita uberius obloquuntur cum pa-
ratis Intromissionibus et possessione dedit, donauit, inscripsit et resignauit,
prout eam ea omnia et ipso facto Jure perpetuo et irrevocabilis donationis titulo
dat, donat, inscribit et resignat in perpetuum; Jusq; suum totum hactenus ad
